
liber iste attinet ad Richardum Crabbe que poss
bat ex dono magistri Bacularij Dalyana



M.T. CICERONIS PHILIPPICAE.

M.T.CICERONIS IN. M. ANTONIum orationes quę Demosthenis in Regem Philippum Macedonem exemplo Philippicę nuncupantur

Prima.



Ntequã de republica Patres Cõscripti dicam: ea quę dicenda hoc tempore arbitror: exponam vobis breuiter consilium & profectionis: & reuersionis meę. Ego cũ sperarẽ aliquando ad vestrũ consiliũ auctoritatẽq;. R.P. esse reuocatam: manendũ mihi statuebã quasi in vigilia quadam Cõsulari ac senatoria. Nec vero vsq̃ discedebam: nec a. R.P. deijciebam oculos ex eo die: quo in ędem Telluris cõuocati sumus. In quo templo quãtum in me fuit: ieci fundamenta pacis: Atheniensiumq; renouaui vetus exemplũ. Grecũ etiã verbum vsurpaui: quod tum in sedandis discordijs vsurpauerat ciuitas illa: atq; omnẽ memoriã discordiarũ obliuione sempiterna delendã censui. Pręclara tum oratio. M. Antonij egregia etiã voluntas: pax deniq; per eum: & per liberos eius cũ pręstantissimis ciuibus cõfirmata est. Atq; principijs his reliqua consentiebant. Ad deliberationes eas quas habebat domi de. R.P. principes ciui-

tatis adhibebat: ad hūc ordinē res optimas deferebat: sūma cū dignitate & cōstantia respōdebat: ad ea quę quęsita erāt. Nihil tum nisi quod erat notū oibus: in. C. cæsaris cōmētarijs reperiebatur. Nū q exules restituti? Vnū aiebat: preterea neminē. Nū immunitates datę? nullę respōdebat. Assētiri etiā nos Ser. Sulpitio clarissimo viro voluit: ne qua tabula post Idus Martias vllius decreti Cæsaris: aut beneficij figeretur. Multa prætereo: eaq; præclara: ad singulare. n. M. Antonij factū festinat oratio. Dictaturam quæ vim iā regiæ potestatis obsederat: funditus ex re pub. sustulit: de qua ne sentētias qdē diximus: scriptū. S. C. quod fieri vellet: attulit. Quo recitato auctoritatem eius sūmo studio secuti sumus: eiq; āplissimis verbis. per. S. C. gratias egimus. Lux quędā videbatur oblata: nō modo regno quod ptuleramus: sed etiā regni timore sublato: magnūq; pignus ab eo rei pub. datū: se liberā ciuitatē esse velle: cū dictatoris nomen: quod sæpe iustū fuisset: propter ppetuę dictaturę recētē memoriā funditus. ex. R. P. sustulisset: liberatus cędis periculo paucis post diebus senatus: vncus ipactus est fugitiuo illi: qui. C. Marij nomē inuaserat: atq; hęc oia cōmuniter cū collega: alia porro propria Dolobellę: quę nisi Collega abfuisset: credo eis fuisse futura cōmunia. Nā cū serperet in vrbe infinitū malū: idq; manaret

indies latius:iidēq; bustū in foro facerent: q illā insepultā sepulturā effecerāt:& quoti die magis magisq; pditi hoies cū suis simili- b9 seruis tectis ac tēplis urbis minarētur: ta lis aiaduersio fuit Dolobellæ:cū in audaces sceleratosq; seruos:tū in ipuros & nefarios liberos:talisq; euersio illi9 execratę colum- nę:vt mirum mihi videatur tam valde reli- quum tempus ab illo vno die dissensisse. Ec cē.n.Kal.Iunij qbus vt adessemus edixerat/ mutata omnia:nihil per senatum: multa & magna per ipsum & absente populo & iuito. cōsules designati se audere negabāt in sena tū venire:patrię liberatores vrbe carebant ea:cui9 a ceruicibus iugū seruile deiecerāt: quos tñ ipsi cōsules & in cōtionib9:& in om ni sermone laudabāt. Veterani qui appella bātur:qbus hic ordo diligētissime cauerat: nō ad cōseruationē earū rerū quas habebāt: sed ad spē nouarū prędarū icitabātur. Quæ cū audire mallē:quā videre:haberēq; ius le- gationis liberū:ea mēte discessi:vt adessem Kalē. Ian.quod initiū senatus cogendi fore videbatur. Exposui. P.C. profectionis consi liū. Nūc reuersiōis q̄ pl9 admiratiōis habet breuiter exponā. Cū Brundusiū iterq; illud quod tritū i Gręciā est:nō sine causa vitauis sē:Ka. Sextili. veni Syracusas:q; ab vrbe ea trāsmisso in gręcia laudabar. q̄ tñ mihi vrbs cōiūctissima pl9 vna me nocte cupiēs retinere

non potuit. Veritus sum ne meus repētinus ad meos necessarios aduēt⁹ suspitiōis aliqd afferret: si essem cōmoratus. Cū autē me ex Sicilia ad Leucopetram: quod est promontoriū agri Rhegini venti detulissent: ab eo loco conscendi: vt transmitterē: nec ita multū prouectus: reiectus austro sum in eū ipsū locum vnde conscenderā. Cunq; intempesta nox esset mansissemq; in villa. P. Valerij comitis & familiaris mei: postridieq; apud eūdem ventum expectās manerem: municipes Rhegini complures ad me venerunt: ex ijs quidā Roma recentes a quibus primū accipio. M. Antonij cōtionem: quę ita mihi placuit: vt ea lecta de reuersione primum cœperim cogitare: nec multo post edictū Bruti affertur & Cassij: quod quidem mihi fortasse q eos etiā plus reipub: q̄ familiaritatis gratia diligo: plenum æquitatis videbatur. Addebāt pręterea (fit.n. plerunq; vt ij qui boni quid volunt afferre: affigāt aliquid: quo faciant: id quod nunciāt: lętius:) rempub. conuenturam Kal. Sextilibus: Senatum frequētem fore. Antonium repudiatis malis suasoribus: remissis Gallijs prouincijs: ad auctoritatem Senatus esse rediturum: tū vero tāta sum cupiditate incensus ad reditū: vt mihi nulli neq; ręmi: neq; venti satisfacerent: non quo me ad tempus occursurū putarem: sed ne tardius: q̄ cuperem reipu. gratularer.

Atq; ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi: quanto meo dolore non dico: turpe mihi ipsi videbatur in eam vrbẽ me audere reuerti: ex qua Brutus cederet. Et ibi velle tuto esse: vbi ille non posset. Neq; vero illum similiter/atq; ipse eram: commotũ esse vidi. erectus enim maximi atq; pulcherrimi facti conscientia/nihil de suo casu: multa de nostro querebatur/ex quo primũ cognoui quæ Kal. Sextilib' in Senatu fuisset. L. Pisonis oratio: qui q̃q̃ parum erat: id. n. ipsum a Bruto audieram: a quibus debuerat adiutus: tamen & Bruti testimonio quo quid potest esse grauius? & omnium prædicatione quos postea vidi: magnã mihi videbatur gloriã consecutus. Hunc igitur vt sequerer properaui/quem præsentes non sunt secuti: non vt proficerem aliquid. neq;. n. sperabã id: nec proficere poteram: sed vt siquid mihi humanit' accidisset (multa autẽ impendere videbãtur præter naturam etiam: præterq; fatum) hui' diei vocem testem reip. relinquerem meę perpetuæ erga se volũtatis. Quoniã vtriusq; cõsilij causam. P. C. probatam vobis esse cõfido: priusq̃ de repu. dicere incipio: pauca querar de hesterna. M. Antonij iniuria: cui sum amicus: idq; me non nullo eius officio debere esse: præ me semper tuli: quid tãdem erat causæ cur in senatum hesterno die tam acerbe cogerer? Solus ne aberã? An non sæpe mi

nus frequẽtes fuistis: an ea res agebatur: vt etiam ęgrotos deferri oporteret. Hannibal credo erat ad portas: aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quam etiam causam Appium illũ & senem & cęcum delatum esse memorię proditum est. De supplicationibus referebatur: quo in genere senatores deesse nõ solent: coguntur. n. non pignoribus: sed eorum quorũ de honore agitur gratia: quod idem fit: cum de triumpho refertur: ita sine cura consules sunt: vt pene liberum sit senatori non adesse. Qui cum mihi mos notus esset: cũq; e via lãguerem: & mihimet displicerem: misi pro amicitia qui hæc ediceret. At ille vobis audientibus cum fabris se domum meam venturum esse dixit: nimis iracunde hoc quidẽ & valde intemperanter. Cuius enim maleficij ista pœna est: vt dicere in hoc ordine auderet: se publicis operis disturbaturũ publice ex senatus sententia ædificatam domũ. Quis autem vnq̃ tãto damno senatorẽ coegit: aut quid est vltra pignus: aut mulctam: qui si scisset quam sentẽtiam dicturus essem remisisset aliquid profecto de seueritate cogendi. An me censetis. P.C. quod vos inuiti secuti estis: decreturum fuisse vt parentalia cum supplicationibus miscerentur: vt inexpiabiles religiones in rempu. inducerentur: vt decernerentur supplicatiões mortuorũ: nihil dico: quis fuerit ille. L. Brutus qui &

ipse regio dominatu rempub. liberauit: & ad similem virtutem: & simile factum stirpē in prope quingētesimum annum propagauit: adduci tamen non possem: vt quenq̄ mortuū coniungerem cū deorum immortalium reli- gione: vt cuius sepulchrum nunq̄ extet vbi parētetur: ei publice supplicetur. Ego vero eam sententiam dixissem. P. C. vt me aduer- sus po. Ro. si quis accidisset grauior reipub. casus: si bellū: si morbus: si fames: facile pos sem defendere: quę partim iam sunt: partim timeo ne impendant. Sed hoc ignoscant dij immortales veli: & po. Ro. qui id nō probat: & huic ordini qui decreuit inuitus. Quid de reliquis reipu. malis licet ne dicere? mihi ve ro licet: & semper licebit dignitatem tueri: mortem contemnere: potestas modo in hunc locum veniendi sit: dicendi periculum non recuso Atq; vtinam. P. C. Kalen. Sextilibus adesse potuissem: non quo profici potuerit aliquid: sed ne vnus modo consularis: quod tū accidit: dignus ill[illegible] honore: dignus. R. P inueniretur. Qua quidem ex re magnum ac cipio dolorem homines āplissimos. po. Ro. beneficijs vsos. L. Pisonem ducem optimæ sententiæ non secutos. Iccirco ne nos po. Roma. cōsulares fecit: vt in altissimo am- plissimoq; gradu dignitatis locati: rem- publicam pro nihilo haberemus? Non mo- do voce nemo. Lucio. Pisoni consulari:

sed ne vultu quidem assensus est/ quæ nam malū) est ista voluntaria seruitus? fuerit quędam necessaria. Nec ego hoc ab omnibus iis desidero: qui sententiam consulari loco dicunt. Alia causa est eorum: quorum silentio ignosco: alia eorum / quorū vocem requiro: quot quidem doleo in suspitionem Romani po. uenire: nō metu quod ipsum est turpe: sed aliū alia de causa deesse dignitati suę. Quare primū maximas gratias & habeo/ & ago L. Pisoni. qui non quid efficere posset in rē pub. cogitauit: sed quid facere ipse deberet. Deinde a vobis. P. C. peto/ vt etiam si sequi minus audebitis orationem atq; auctoritatem meā: benigne me tamen: vt fecistis: adhuc audiatis. Primū igitur acta Cæsaris seruanda censeo/ non quo probem. Quis enim id quidem potest? sed quia rationē habendā maxime arbitror pacis/ atq; ocii: vellem adesset Antonius modo sine aduocatis/ sed vt opinor/ licet ei minus valere: quod mihi heri per illum non licuit/ doceret me vel potius vos. P. C. quemadmodum ipse Cęsaris acta defenderet. An in commentariolis: & chirographis/ & libellis se vno auctore prolatis ac ne prolatis qdē/ sed tātūmodo dictis: acta Cæsaris firma erunt? Quæ ille in ęs incidit/ in quo populi iussa perpetuasq; leges esse voluit pro nihilo habebuntur? Equidem existimo nihil tam esse in actis Cęsaris q̄ leges Cę

ſaris. An ſi cui quid ille promiſit: id erat fi-
xum: quod idem facere nõ potuit: vt multis
multa promiſſa non fecit. Quæ tamen mul-
to plura reperta ſunt illo mortuo: q̃ viuo / be
neficia per omnes annos tributa: ſed ea non
muto: non moueo. Summo etiam ſtudio præ
clara illus acta defendo / pecunia vtinam ad
ædem opis maneret: cruẽta quidem illa / ſed
his temporibus cum iis quorum eſt: non red
ditur neceſſaria: quanquam ea quoq; ſit effu
ſa: ſi ita in actis eius fuit. Et quid eſt quod
tam proprie dici poſſit actum eius: qui toga
tus in repub. cum poteſtate imperioq; verſa-
tus ſit / quã lex. Quęre acta Gracchi: leges
Semproniæ proferentur. Quęre Syllæ / Cor
neliæ. quid Cnei Pompei tertius conſulatus
in quibus actis conſiſtit. Nempe in legibus.
A Cæſare ipſo ſi quęres quid nam egiſſet in
vrbe & toga: leges multas reſponderet ſe &
præclaras tuliſſe / chirographa vero aut mu
taret aut non daret: aut ſi dediſſet: nõ iſtas
res in actis ſuis duceret: ſed ea ipſa cõcedo:
quibuſdam in rebus etiam conniueo / in ma-
ximis vero rebus id eſt legibus acta Cęſaris
diſſolui: ferendum non puto. Quæ lex meli
or / vtilior / optima & iam in. R. P. ſępius fla
gitata q̃ ne pretorię prouinciæ plus q̃ annũ:
neue plus q̃ biennium conſulares obtineren
tur: hac lege ſublata videntur ne vobis Cæ
ſaris acta ſeruari. Quid ea lege quæ promul

gata est: de tertia decuria iudicum: non ne omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluūtur & vos acta Cæsaris defēditis: qui leges euertitis. nisi forte si quid memoriæ cā retulit in libellum: id numerabitur in actis: & q̄uis iniquum & inutile sit: defendetur quod ad populū cēturiatis comitijs tulit id in actis Cęsaris non habebitur. At quæ est ista tertia decuria. centurionum inquit: quid. isti ordini iudicatus lege Iulia etiam ne pōpeia: aurelia: non patebat. Census præfiniebatur inquit: non centurioni quidem solum: sed equiti etiā romano. Itaq; viri fortissimi atq; honestissimi qui ordines duxerunt: res & iudicant & iudicauerūt. Non quęro inquit istos quicunq; ordinem duxit: iudicet. At si feratis quicūq; equo meruisset: quod est laudatius: nemini probaretis. In iudice enim spectari & fortuna debet: & dignitas. Non quæro inquit ista. Addo etiā iudices manipulares ex legione alaudarum: aliter enim nostri negant posse se saluos esse. O contumeliosum honorem ijs quos ad iudicandum nec opinā tes vocatis. Hic est enim legis iudex: vt ij in tertia decuria iudicent / qui libere iudicare non audeant. In quo quātus est error dij immortales eorum: qui istam legem excogitauerunt. Vt enim quisq; sordidissimus videbitur: ita libentissime seueritate iudicādi sordes suas eluet. Laborabitq; vt honestis De-

curijs potius dign⁹ videatur:q̃ in turpes iu
re coniectus. Altera promulgata lex est: vt &
de vi et de maiestate dãnati ad populũ pro-
uocent: si velint. Hæc vtrum tandem lex est
an legum omniũ dissolutio? Quis est .n. ho-
die cuius intersit istam legẽ manere? Nemo
reus est istis legibus: nemo quẽ futurũ pute-
mus. Armis .n. gesta nunq̃ profecto in iudi-
cium vocabũtur. at res populares? Vtinam
quidem velletis aliquid esse populare. Om-
nes enim iam ciues de reip. salute vna & mẽ
te & voce consentiunt. Quę est igitur ista cu
piditas eius legis ferendæ: quæ turpitudinẽ
summam habeat: gratiam nullam? Quid .n.
turpius q̃ qui maiestatẽ po. Ro. per vim mi-
nuerit: eũ damnatũ iudicio: ad eã ipsam re-
uerti: propter quam sit iure damnatus? Sed
quid plura de lege disputo? quasi vero id a-
gatur? vt quis q̃ prouocet. Id agitur: id fer-
tur ne quis omnino unq̃ istis legibus re⁹ fiat
Quis .n. aut accusator tã amẽs reperietur:
qui reo cõdẽnato obijci se multitudini con-
ductę velit? aut iudex: qui reũ dãnare aude-
at: vt ipse ad operas mercẽnarias statim pro
trahatur? Nõ igit̃ prouocatio ista lege dat̃:
sed duę maxime salutares leges quęstiõesq;
tollũtur? Quid est igitur aliud q̃ adhortari
adolescẽtes: vt turbulẽti vt seditiosi: vt pni
ciosi ciues velit esse? Quã aũt ad reip. pestẽ
furor tribuniti⁹ impelli nõ poterit his dua-

bus quęstionibus de vi & de maiestate subla tis. Quid quod abrogatur his legibus Cęsa ris quę iubent ei qui de vi/itemq; ei qui ma- iestatis damnatus sit: aqua & igni interdici. quibus cum prouocatio datur: nõne acta cæ saris rescinduntur. Quæ quidem ego. P. C. qui illa nunq̃ probaui: ita conseruanda con cordię causa arbitratus sum: vt non modo quas viuus cæsar leges tulisset infirmãdas hoc tempore non putarem: sed ne illas qui- dem quas post mortem cæsaris prolatas esse & fixas videtis. De exilio reducti sũt a mor tuo. Ciuitas data non solũ singulis: sed etiã nationibus: & prouincijs vniuersis. immuni tatibus infinitis sublata vectigalia a mor- tuo. ergo hęc vno viro optimo auctore domo prolata defendimus. eas leges quas ipse no- bis inspectantibus recitauit: pronunciauit/ tulit. Quibus satis gloriabatur: hisq; legi- bus rempu. contineri putabat. de prouinci- js: de iudicijs. eas inquam cęsaris leges nos qui defendimus acta Cæsaris: euertendas putabimus. Ac de his tamen legibus quæ promulgatæ sunt: saltem quæri possumus. de his quę iam latæ dicuntur: ne illud qui- dem licuit. Illę enim nulla promulgatione latæ sunt antequam scriptæ. Quęrent au- tem quid sit: cur aut ego: aut quisq̃ vestrum P. C. bonis tribunis pleb. leges malas metu at: paratos habemus qui intercedant: para-

tos qui rempu. religione defendant. Vacui metu esse debemus: quas tu mihi intercessiones inquis? quas religiones? eas scilicet quibus reip. salus continetur: negligimus ista: & nimis antiqua & stulta ducimus: forum sepietur: omnes claudentur aditus? Armati in præsidijs multis in locis collocabūtur. quid tum? quod erit ita gestū: id lex erit: & in æs incidi iudebitis? credo illa legitima quæ cōsules populū iure rogauerunt. Hoc. n. a maioribus accepimus ius rogādi: populus quæ iure sciuit: qui populus? Is ne qui exclusus est? quo iure? an eo quod vi & armis ōne sublatum est? Atq; ego hoc dico de futuris: quod est augurū: antedicere ea quę vitari possunt: quę si facta non erūt: refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis: de quib' est integrum vobis: demonstro vitia: tollite: denuncio vim: arma remouete. Irasci quidem mihi Dolobella pro repu. dicenti non oportebit: quanq̄ te quidem id facturum non arbitror. Noui enim facilitatem tuam. Collegam tuum aiunt in hac sua fortuna quæ bona ipsi videtur: mihi ne grauius quippiam dicam auorum & auunculi sui consulatum si imitaretur fortunatior videretur/ sed eū iracundum audio factum. Video autem q̄ sit odiosum habere iratū eundem & armatum: cum tanta præsertim gladiorum sit impunitas: sed promam ius vt opinor ęquum: quod

bus questionibus de vi & de maiestate subla tis. Quid quod abrogatur his legibus Cesa ris que iubent ei qui de vi/itemq; ei qui ma iestatis damnatus sit: aqua & igni interdici. quibus cum prouocatio datur: nõne acta cæ saris rescinduntur. Quæ quidem ego. P.C. qui illa nunq̃ probaui: ita conseruanda con cordie causa arbitratus sum: vt non modo quas viuus cæsar leges tulisset infirmãdas hoc tempore non putarem: sed ne illas qui dem quas post mortem cæsaris prolatas esse & fixas videtis. De exilio reducti sũt a mor tuo. Ciuitas data non solũ singulis: sed etiã nationibus: & prouincijs vniuersis: immuni tatibus infinitis sublata vectigalia a mor tuo: ergo hec vno viro optimo auctore domo prolata defendimus. eas leges quas ipse no bis inspectantibus recitauit: pronunciauit/ tulit. Quibus latis gloriabatur: hisq; legi bus rempu. contineri putabat de prouinci js: de iudicijs. eas inquam cesaris leges nos qui defendimus acta Cæsaris: euertendas putabimus. Ac de his tamen legibus quæ promulgatæ sunt: saltem queri possumus. de his que iam latæ dicuntur: ne illud qui dem licuit. Ille enim nulla promulgatione latæ sunt antequam scriptæ. Querent au tem quid sit: cur aut ego: aut quisq̃ vestrum P.C. bonis tribunis pleb. leges malas metu at: paratos habemus qui intercedant: para

tos qui rempu. religione defendant. Vacui metu esse debemus? quas tu mihi intercessiones inquis? quas religiones? eas scilicet quibus reip. salus continetur: negligimus ista: & nimis antiqua & stulta ducimus: forum sepietur: omnes claudentur aditus? Armati in præsidijs multis in locis collocabũtur. quid tum? quod erit ita gestũ: id lex erit: & in æs incidi iudebitis? credo illa legitima quæ cõsules populũ iure rogauerunt. Hoc. n. a maioribus accepimus ius rogãdi: populus quæ iure sciuit: qui populus? Is ne qui exclusus est? quo iure? an eo quod vi & armis õne sublatum est? Atq; ego hoc dico de futuris: quod est augurũ: antedicere ea quę vitari possunt: quę si facta non erũt: refelletur oratio mea. Loquor de legibus promulgatis: de quib' est integrum vobis: demonstro vitia: tollite: denuncio vim: arma remouete. Irasci quidem mihi Dolobella pro repu. dicenti non oportebit: quanq̃ te quidem id facturum non arbitror. Noui enim facilitatem tuam. Collegam tuum aiunt in hac sua fortuna quæ bona ipsi videtur: mihi ne grauius quippiam dicam auorum & auunculi sui consulatum si imitaretur fortunatior videretur, sed eũ iracundum audio factum. Video autem q̃ sit odiosum habere iratũ eundem & armatum: cum tanta præsertim gladiorum sit impunitas: sed promam ius vt opinor ęquum: quod

Mar. Antonium non arbitror repudiaturũ. Ego si quid in vitam eius: aut in mores cõtumeliæ dixero: quo minus mihi inimicissim' sit non recusabo: si consuetudinem meã quã in repub. semper habui: tenuero: id est si libere quæ sentiam de Repub. dixero: primũ deprecor ne irascatur: deinde si hoc non impetro: peto vt sic irascatur: vt quib' armis vtatur: si ita necesse est: vt dicit: sui defendendi causa: iis qui pro repub. quæ ipsis visa erũt: dixerint: ista arma ne noceant. Quid hac postulatione dici potest æquius? Quod si: vt a quibusdam mihi eius familiaribus dictũ est: omnis eum quæ habetur contra eius volũtatem oratio: grauiter offendit: etsi nulla inest contumelia: feremus amici naturam: sed iidem illi ita mecum: non idem tibi aduersario Cæsaris licebit: quod Pisoni socero: & simul admonent quiddam: quod cauebimus: nec erit iustior. P. C. in Senatum non veniẽdi morbi causa: q̃ mortis. Sed per deos immortales te. n. intuens Dolobella qui es mihi carissimus: non possum de vtriusq; vestrũ errore reticere. Credo enim vos homines nobiles magna quidem spectantes: non pecuniam vt quidam nimis creduli suspicãtur: quę semper ab amplissimo quoq; clarissimoq; cõtempta est: non opes violentas & Po. Ro. minime ferendam potentiam: sed charitatẽ ciuium: & gloriam concupiscere. Ea autem est

gloria

gloria & laus recte factorum magnorũq; in Ro. Po. meritorum quæ tum optimi cuiusq; tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. Dicerem Dolobella qui recte factorũ fructus esset: nisi te paulisper esse expertum videremus: quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lętiorem: q̃ cum expiato foro: dissipato concursu impiorũ principibus sceleris pœna affectis te domũ recepisti? Cuius ordinis: cuius generis: cuius deniq; fortunę studia tum laudi & gratulationi tuę se non aptarunt. Mihi etiam quo auctore te in his rebus vti arbitrabantur: & gratias boni viri agebant: et tuo nomine gratulabantur. Recordare quæso Dolobella consensum illum theatri: cum omnes earum rerum obliti propter quas tibi fuerãt offensi: significauerunt se beneficio nouo memoriã veteris doloris abiecisse. Hanc tu Pub. Dolobella: magno loquor cum dolore: hanc tu inquam ęquo animo potuisti tantam dignitatem deponere? Te autem. M. Antoni absentem appello: vnum illum diem quo in ęde Telluris Senatus fuit: non omnibus his mensibus: quibus te quidam multum a me dissentientes beatum putãt: anteponis? Quę fuit oratio de concordia? quãto metu veterani: quãta solicitudine ciuitas tum a te liberata est? tum tuum collegam depositis inimicitijs: oblitus auspiciorũ: teipso augure nunciante

Pigna a apostra rgi/

illo primū die collegā tibi esse voluisti: tu⁹ paruus filius in capitolium a te missus pacis obses fuit: quo senatus die lętior: quo. p. R. qui quidem nulla in cōcione vnq̄ frequētior fuit. Tū deniq; liberati per viros fortissimos videbamur (quia vt illi voluerant: libertatē pax cōsequebatur. Proximo: altero: tertio: deniq; reliquis consecutis diebus nō intermittebas quasi donū aliquod quotidie afferre. Reip. maximū autē illud quod dictaturę nomen sustulisti. Hęc inusta est a te: a te inq̄ mortuo Cæsari nota: ad ignominiā sempiternam. Vt. n. propter vnius. M. Manlij scelus decreto gentis Manliæ neminem patriciū licet. M. Manlium vocari: Sic tu propter vnius dictatoris odiū: nomē dictatoris funditus sustulisti. Num tecū hæc pro salute reip. tanta gessisses fortuuæ tuæ? nū amplitudinis? num claritatis? num gloriæ pænitebat? Vnde igitur subito tanta ista mutatio? Non possum adduci: vt suspicer te pecunia captum (licet quod cuiq; libet loquatur: credere nō est necesse. Nihil. n. unq̄ in te sordidū: nihil humile cognoui (q̄q̄ solent domestici deprauare nōnunq̄. sed noui firmitatē tuā: atq; vtinā vt culpā, sic etiā suspitionem vitare potuisses. Illud magis vereor: ne ignorās verū iter gloriæ: gloriosum putes: pl⁹ te vnū posse: q̄ oēs: & metui a ciuibus tuis q̄ diligi malis. Quod si ita putas: totam igno

ras viā gloriæ. Carū esse ciuē bene de Repu. mereri: laudari: coli: diligi: gloriosū est. Me tui vero & odio esse inuidiosū: detestabile imbecillū: caducū. Quod videmus etiā in fabulis ipsis illis: qui (oderint dū metuāt) dixerint pniciosum fuisse. Vtinā Antoni auum tuū meminisses: de quo tamē multa audisti ex me sæpissime. Putas ne illū immortalitatē mereri voluisse: vt propter armorū habēdorū licētiā metueretur? Illa erat vita: illa secunda fortuna: libertate esse parē cū ceteris: principē dignitate. Itaq; vt omittam res aui tui prosperas: acerbissimū eius diē supremū malim quā. L. Cinnę dominatū: a quo ille crudelissime est interfect⁹. Sed quid oratione te flectā? si enim exitus. C. Cæsaris efficere hoc nō potest: vt malis carus esse: quā metui: nihil cuiusquā proficiet: nec ualebit oratio: quē qui beatū esse putāt: miserrimi ipsi sunt. Beat⁹ est nemo: qui ea lege viuit: vt nō modo impune: sed etiā cū summa interfectoris gloria iterfici possit. Quare flecte te quęso: & maiores tuos respice. Atque ita guberna Remp. vt natū te esse ciuem tui gaudeāt: sine quo nec beatus nec clarus esse quisquā potest. Et. P. quidem. R. indicia multa ambo habetis: quibus vos non satis moueri per moleste fero. Quid enim gladiatorij clamores innumerabilium ciuium? Quid populi versus. Quid Pompei statuæ plausus infi-

niti? Quid ij Tribu. ple. qui vobis aduersan tur? parum ne hæc significãt incredibiliter consentientem Po. Ro. vniuersi voluntatẽ? Quid Apollinarium ludorũ plausus: vel testimonia potius: & iudicia po. Ro. vobis parua esse videbantur? O beatos illos: qui cum adesse ipsis propter vim armorum non licebat: aderant tamẽ & in medullis Po. Ro. ac visceribus herebant: nisi forte Actio tũ plaudi: & sexagesimo post tum anno palmam dari putabitis: non Bruto: qui his ludis ita caruit: vt in illo paratissimo spectaculo studiũ Po. Ro. tribuerit absenti: desyderium liberatoris sui ꝑpetuo plausu & clamore leniret. Equidem is sum: qui istos plausus cum popularibus ciuibus tribuerẽtur: semper cõtẽpserim: idemq; cum a summis: medijs: infimis: cum deniq; ab vniuersis. hoc idem fit: cumq; ij qui ante sequi populi consensum solebãt: fugiunt: non plausum illum: sed iudiciũ puto. Sin hæc leuiora vobis videntur: q̃ sunt grauissima: num etiam hoc contemnitis: q; sensistis tam caram Po. Ro. vitam. A. Hircij fuisse. Satis enim erat probatum illum esse p. R. vt est: iucundum amicis, in quo vincit omnes carũ suis, quibus est ipse carissimus Tantam tamen sollicitudinẽ bonorũ: tantũ timorem omnium: in quo meminimus? Certe in nullo. Quid igitur hoc vos per deos immortales quale sit: nõ interꝑtamini? Quid

eos de vestra vita cogitare censetis: quibus eorũ quos sperant reip. consulturos: vita tã cara sit. Cœpi. P. C. reuersionis meæ fructũ: quoniã ea dixi: vt quicunq; casus consecut⁹ esset: extaret conscientiæ meæ testimoniũ: & sum a vobis benigne ac diligenter auditus. Quę potestas si mihi sępi⁹ sine meo: vestroq; periculo fiet: vtar. Sin minus: q̃tum potero non tam mihi me: q̃ reip. reseruabo. Mihi fere satis est: quod vixi: vel ad ętatem: vel ad gloriam: huc siquid accesserit: non tam mihi q̃ vobis: reiq;. P. accesserit.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. II.



Vonam meo fato. P. C. fieri dicam vt nemo his annis viginti reipu. hostis fuerit: qui nõ bellũ eodẽ tẽpore mihi quoq; indixerit. Nec vero necesse est a me quenq̃ nominari vobis. cũ ipsi recordemini: mihi pœnarum illi plusq̃ optarem: dederunt. Te miror Antoni quorũ facta imitere: eorũ exitus nõ perhorrescere: atq; hoc in alijs minus mirabar. Nemo illorum mihi inimicus fuit volũtarius. Omnes a me reip. causa lacessiti. Tu

ne verbo quidem violatus: vt audacior q̃. L. Catilina: furiosior q̃ P. Clodius viderere: vltro maledictis me lassessisti: tuãq; a me alienationẽ ad ciues impios: tibi gloriæ fore putauisti. Quid putẽ? cõtemptũ ne me? non video: nec in vita: nec in gratia: nec in reb' gestis: nec in hac mea mediocritate ingenij qd despicere possit Antonius. An in senatu facillime detrahi posse credit? qui ordo clarissimis ciuibus bene gestæ reipu. testimonium multis: mihi vni conseruatæ dedit? an decertare mecũ voluit cõtẽtione dicẽdi? Hoc quidẽ beneficiũ est. Quid.n. plenius. Quid vberius: q̃ mihi & pro me: & cõtra Antoniũ dicere. Illud profecto est: nõ existimauit sui similibus probari posse se esse hostẽ patriæ: nisi mihi esset inimicus: cui priusq̃ de cæteris rebus: respondeo de amicitia: quã a me violatã esse criminatus est. Quod grauissimũ crimen iudico: pauca dicamus. Cõtra rẽ suam venisse me nescio quãdo questus est. An ego non venirẽ contra alienũ pro familiari & necessario meo? non venirẽ contra gratiã non virtutis specie: sed ætatis flore collectã? non venirẽ cõtra iniuriã: quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit: non iure prętorio. Sed hoc idcirco cõmemoratum a te puto: vt te infimo ordini cõmendares: cum omnes recordarentur Libertinũ generũ: & liberos tuos: nepotes quoq; Fundi libertini ho-

mines fuisse. at. n. te in disciplinã meã tradideras. Nã ita dixisti: domũ meã vẽtitaras: ne tu si id fecisses melius famæ: melius pudicitiæ tuę consuluisses. Sed nec fecisti: nec si cuperes: tibi id per. C. Curionẽ facere licuisset. Auguratus petitionẽ mihi te concessisse dixisti. O incredibilẽ audaciã. O impudentiam prædicandã. Quo. n. tempore me augurẽ a toto collegio expetitũ. Cn. Põpeius. &. Q. Hortensius nominauerũt. Neq; n. licebat a pluribus nominari: nec tu soluẽdo eras: nec te vllo modo nisi euersa rep. fore incolumẽ putabas. Poteras autẽ eo tẽpore Auguratũ petere: cũ in Italia Curio nõ esset? aut tũ cũ es factus: vnã tribũ sine Curione ferre potuisses? Cuius etiã familiares de vi cõdemnati sunt: quod tui nimis studiosi fuissent. At beneficio sum vsus tuo? quo? quanquam illud ipsum: quod cõmemoras semper prę me tuli. Malui me tibi debere cõfiteri: quã cuiquam minus prudenti nõ satis gratus videri. Sed quo beneficio? quod me Brũdusij nõ occideris: quẽ ipse victor: qui tibi vt tu te gloriari solebas detulerat ex latronib⁹ suis principatũ: saluũ esse voluisset. In Italiã ire iussisset eũ tu occideres fac potuisse. Quod est aliud P. C. beneficiũ latronũ: nisi vt commemorare possint ijs se vitã dedisse: quibus nõ ademerint? Quod si esset beneficiũ: nũquam ij: qui illum interfecerunt: a quo erant serua-

ti; quos tu ipse viros clarissimos appellare soles: tantam essent gloriam consecuti. quale autem beneficium est q̃ te abstinueris a nefario scelere? Qua in re non tam iucundũ videri mihi debuit non interfectum a te: q̃ miserum id te impune facere potuisse. Sed sit beneficium? quando quidem maius a latrone accipi nullũ potuit. In quo potes me dicere ingratum? an de intetitu reip. quæri non debui ne in te ingratus viderer? At in illa quętela misera quidem & luctuosa: sed mihi pro hac gradu in quo me. S.P.Q.R. collocauit necessaria? Quid est dictum a me cũ contumelia? Quid non moderate? Quid nõ amice. Et quidem cuius tẽperantiæ fuit: de M. Antonio quærẽtem abstinere maledicto? præsertim cum tu reliquias reipub. dissipauisses? cũ domi tuæ turpissimo mercatu oia essent venalia? cum leges eas quæ nunq̃ promulgatæ essent: & de te: & a te latas confiterere? cum auspicia: augur: intercessionem consul sustulisses? cum esses fœdissime stipatus armatis: cũ omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes: vino lustrisq; confectus. At ego tanquam mihi cũ. M. Crasso contẽtio esset. Quo cum multæ & magnæ fuerunt: non cum vno gladiatore nequissimo: & de repub. grauiter quærens: de homine nihil dixi. Itaq; hodie perficiam: vt intelligat quantum a me beneficium tum accepe-

rit. At etiam litteras quas me sibi misisse diceret: recitauit: homo & humanitatis expers: & vitæ communis ignarus. Quis enim vnquam qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset: litteras ad se ab amico missas offensiõe aliqua interposita in medium protulit: palamq; recitauit? Quid hoc est aliud q̃ tollere e vita vitæ societatem? tollere amicorum colloquia absentium? quã multa ioca solẽt esse in epistolis quę prolata si sint inepta esse videantur? quã multa seria, neq; tamen vllo modo diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuæ: stultitiam incredibilẽ videre. Quid habes quod mihi apponas homo disertte: vt Mustelæ: Thamysio: & Tyroni Numisio videris. Qui cum hoc ipso tẽpore stẽt cum gladijs in conspectu Senatus: ego quoque te disertum putabo: si ostẽderis quomodo sis eos inter sicarios defẽsurꝰ. Sed quid oppones tandem? si negem me vnquam istas litteras ad te misisse. Quo me teste conuinces? an chirographo in quo habes scientiam quæstuosam? qui possis? sunt eñ librarii manu. Iam inuideo magistro tuo: qui te tanta mercede: quantam iam proferam nihil sapere docuit. Quid est minus nõ dico oratoris: sed hominis: quã obijcere aduersario: quod ille si verbo negarit: longius progredi non possit qui obiecerit. At ego non nego: teq; in istꝰ ipso conuinco non inhumanitatis solũ:

sed etiam amētię. Quod enim verbū in istis litteris est nō plenū hūanitatis: officij: beniuolentię? omne autē crimen tuū est: quod de te in his litteris non male existimē: ꝙ scribā tanquā ad Ciuē: tanquā ad bonū virū: non tanꝗ ad sceleratū & latronē. At ego tuas litteras: & si iure poterā a te lacessitus: tamen non proferā: quibus petis: vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere. Adiurasqꝫ id te inuito me nō esse facturū: idqꝫ a me impetras. Quid enim iterponerē audacię tuę: quē neqꝫ auctoritas huius ordinis: neqꝫ existimatio. P. R. neqꝫ leges vllæ possūt coercere. Veruntamen quid erat: quod me rogares: si erat is: de quo rogabas: Cæ. lege reductus. Sed videlicet meā gratiā voluit esse: in quo ne ipsius quidē vlla esse poterat lege lata. Sed cū. P. C. mihi & pro me aliquid & in. M. Antoniū multa dicēda sint: alterꝫ peto a vobis vt pro me dicētē benigne: alterꝫ ipse efficiā: vt contra illū cū dicā: attente audiatis. Simul illud oro si meā cū in omni vita: tum in dicēdo moderationē: modestiāqꝫ cognoscitis: ne me hodie cū isti vt prouocatus respōdebo: oblitū esse putetis mei: nō tractabo vt consulē: ne ille qdē me vt cōsularē: & si ille nullo modo consul: vel quod ita viuit: vel quod ita remp. gerit: vel quod ita factus est consul. Ego sine vlla controuersia consulatis: vt igitur intelligeretis: qualem me esse

se consularem profiteretur: obiecit mihi cõsulatum meũ: qui consulatus verbo meus. P. C. re vester fuit. Quid enim ego constitui? quid gessi? quid ægi? nisi ex huius ordinis cõsilio? auctoritate? sententia? Hæc tu homo sapiens non solum eloquens apud eos quorum consilio sapientiaq; gesta sunt: ausus es vituperare? Quis autem meum consulatum præter. P. Clodium qui vituperaret: inuentus est? cuius quidem te fatum sicuti. C. Curionem manet: quoniã id domi tuæ est: quod fuit illorum vtriq; fatale: nõ placet. M. Antonio consulatus meus. At placuit. P. Seruilio: vt eum primum nominem ex illius tẽporis consularibus: qui proxime est mortuus: placuit. L. Catulo: cuius singularis semper in hac repub. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis. M. Crasso. Q. Hortensio. C. Curioni. M. Lepido. C. Pisoni. M. Labeoni. L. Volcatio. C. Figulo. D. Syllano. L. Murenę: qui tunc erant consules designati. Placuit idẽ ꝙ consularibus. M. Catoni. qui cum multa vita excedẽs prouidit: tum ꝙ te consulem nõ vidit. maxime vero consulatũ meum. Cn. Põpeius probauit qui ut me primum decedens ex Syria vidit: complexus & gratulans: meo beneficio patriam se visurũ esse dixit. Sed quid singulos cõmemoro? frequẽtissimo senatui sic placuit: vt esset nemo q mihi nõ vt parẽti gratias ageret: q nõ mi-

hi vitam suam: liberos: fortunas. Rempub. referret acceptum: sed quoniã illis quos nominaui tot & talibus viris respu. orbata est veniamus ad eos qui duo e consulari numero reliqui sũt. L. Cotta vir summo ingenio: summaq; prudẽtia: rebus his gestis: quas tu reprehendis: supplicationẽ decreuit verbis amplissimis: eiq; illi ipsi quos modo nominaui: consulares senatusq; cunctus assensus est qui honos post conditam hanc vrbem habitus est togato ante me nemini. L. Cæ. auunculus tuus: qua oratione: qua cõstantia: qua grauitate sententiam dixit in sororis suę virum vitricũ tuum? Hunc tu cum auctorẽ & pręceptorem omniũ consiliorũ: totiusq; vitæ debuisses habere: vitrici te similẽ q̃ auunculi esse maluisti: huius ego alienus cõsilijs cõsul vsus sum: tu sororis filius: quid ad eũ de repub. vnquã retulisti? Ad quos refert dij immortales? ad eos scilicet quorũ nobis etiam dies natales audiendi sunt: hodie nõ descẽdit Antonius: cur? dat natalia in hortis: cui? neminem nominabo: putatote eũ Phormioni alicui: tum Gnatoni: tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam. O impudẽtiã: nequitiam: libidinem: non ferendam. tu cũ Principem Senatorẽ ciuem singularẽ tã propinquum habeas. ad eum de rep. nihil refers? ad eos refers qui domũ suam nullã habent: tuam exhauriunt. Tuus videlicet salu

taris consulatus: perniciosus meus? adeo ne pudorem cum pudicitia perdidisti? Vt hoc in eo templo dicere ausus sis: in quo ego senatũ illum qui quondam florens orbi terrarũ pręsidebat: consulebã: tu homines perditissimos cum gladijs collocauisti? At etiã ausus es: quid autem est: quod tu non audeas? Cliuum Capitolinum dicere me consule plenũ seruorum armatorũ fuisse. Vt illa credo nefaria senatus consulta tunc fierent: cũ vim afferebam senatui. O miserum siue illa tibi nota nõ sunt: nihil enim boni nosti: siue sũt: qui apud tales viros tam imprudẽter loquare? Quis enim eques Romanus? quis pręter te adolescens nobilis? Quis vllius ordinis: qui se ciuem meminisset: cum senatus in hoc templo esset: in cliuo capitolino non fuit? Quis nomen non dedit? quanquam nec scribæ sufficere: nec tabulę nomina illorum capere potuerunt: etenim cum homines nefarij de patrię parricidio confiterentur: cũ cõsciorum indicijs: sua manu voce pene litterarũ coacti se Vrbem inflammare: ciues trucidare: vastare Italiam: delere remp. consensissent: quis esset: qui ad salutem cõmunem defendendã non excitaretur? præsertim cũ S.P.Q.R. haberet ducem? qualis si quidem nunc esset: tibi idem quod illis accidit: contigisset. Ad sepulturã corpus vitrici sui negat a me datum. Hoc vero ne. P. quidem Clodi9

dixit vnq̃? quē quia iure fui ei inimicus: doleo a te iā omnib⁹ vitijs esse superatū. Qui autē tibi venit in mentē redigere in memoriam nostrā te domi. P. Lentuli esse educatū? an verebare ne nō putaremus natura te potuisse tā improbum euadere: nisi accessisset etiā disciplina? Tam autē eras excors: vt tota in oratione tecū ipse pugnares: vt nō modo nō cohętētia iter se diceres; sed maxime disiuncta atq; cōtraria: vt non tanta mecū: quanta tecū ibi esset cōtentio. Victricū tuū in tāto fuisse scelere fatebare: pœna affectū quęrebare? Ita quod propriū meū est laudasti: quod totius senatus est reprąhēdisti. Nā cū comprąhensio sontiū mea: animaduersio senatus fuerit: homo disertus nō intelligit: eū quem contradicit: laudari a se: eos apud quos dicit vituperari. Iā illud cuius est non dico audaciæ: cupit. n. se audacem dici: sed quod minime vult: stultitię qua vincit ōnes: C liui capitolini mentionē facere? cū inter subsellia nostra versentur armati? cū in hac cella cōcordiæ: o dij immortales in qua me consule salutares sententiæ dictę sunt quib⁹ ad hanc diem viximus cū gladijs homines collocati stent? Accusa senatū: accusa equestrem ordinē: qui tum cū senatu copulatus fuit: accusa omnes ordines: omnes ciues dū cōfiteare hunc ordinē hoc ipso tempore ab Ithyreis circumsederi. Hæc tu non propter

audaciã dicis tam imprudẽter: sed qui tãtarũ rerũ repugnantiã nõ videris: nihil profecto sapis. Quid. n. est demẽtius, q̃ cũ ipse cõtra remp. perniciosa arma cœperis: obijcere alteri salutaria. At etiam quodã loco facetus esse voluisti: quã id dij boni nõ decebat, in quo est tua culpa nulla. Aliquid. n. salis ab vxore Mima trahere potuisti. Cædant arma togæ. Quid, tum nonne cesserũt? At postea tuis armis cessit toga: quæramus igitur vtrũ melius fuerit libertati. Po. Ro. sceleratorũ arma: an libertatẽ nostrã armis tuis cędere? Nec vero tibi de versibus respondebo: tantũ dicã breuiter: neq; illos: neq; vllas te omnino litteras nosse: me nec reipu. nec amicis vnq̃ defuisse: & tamen omni genere monumentorũ meorũ perfecisse operis succisiuis: vt meę vigilię: meęq; litterę & iuuẽtuti vtilitatis & nomini Romano laudis aliquid afferrẽt. Sed hoc nõ hui⁹ tẽporis ad maiora veniam⁹. P. Clodiũ meo cõsilio interfectũ esse dixisti. Quid nã hoies putarẽt: si tũ occisus esset cũ tu illũ in foro spectãte P. R. gladio stricto insecut⁹ es, negociũq; trãsegisses: nisi ille se sub scalas tabernę librarię cõiecisset: isq; oppilatis ipetũ tuũ cõpressisset? Sed quid? ego fauisse me tibi fateor: suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidem potui. prius enim rem transegit: quam quisquam tum suspicaretur eum facturum

esse. At ego suasi scilicet is animus erat Milonis vt prodesse. R.P. sine suasore non posset? At lætatus sum: quid ergo in tanta lætitia cunctę ciuitatis me vnũ tristem esse oportebat? q̄q̄ de morte. P. Clodij fuit quęstio nõ satis prudenter illa quidem cõstituta? quid em̃ attinebat noua lege quæri de eo: qui hominem occidisset: cũ esset legibus quęstio cõstituta? Quæsitum est tamẽ quid ergo? cum res agebatur: nemo in me dixit et tot annis post tu es inuentus qui diceres? Quod vero dicere aus⁹ es: idq; multis verbis opera mea Põpeium a Cæsaris amicitia esse disiunctũ: ob eamq; causam mea culpa ciuile bellum esse natũ: in eo non tu quidẽ tota re: sed quod maximum est temporibus errasti. Ego. M. Bibulo pręstãtissimo ciue consule nihil præter mili quantum facere enitiq; potui: quin Põpeium a Cæsaris coniunctione auocarem: in quo Cæsar fuit fœlicior. Ipse enim Pompeium a mea familiaritate disiũxit. Postea vero q̄ se totũ Põpeius Cæsari tradidit. Quid ego illum ab eo distrahere conarer? Stulti erat sperare: suadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt quibus aliquid cõtra Cæsarem Pompeio suaserim: ea velim reprehendas si potes. Vnum ne quinquennij imperium Cæsari prorogaretur: alterum ne pateretur ferri vt absentis eius ratio haberetur: quorum si vtrumuis persuasissem: in

has miserias

has miserias nunq̃ incidissemus. Atq; idem ego cum iam omnes opes suas. & R. P. Pompeius ad Cæsarem detulisset: seroq; eadẽ sentire cepisset: quæ ego multo ante prouideram: inferriq; patriæ bellum nefarium viderem: pacis concordiæ compositiõis auctor esse non destiti: meaq; illa vox est nota multis Vtinam Cn. Pompei cum. C. Cæsare societatem: aut nunq̃ coisses: aut nunq̃ diremisses. Fuit alterum grauitatis alterum prudentię tuæ. Hæc mea. M. Antoni semper: & de Pompeio: & de repub. consilia fuerunt: quæ si valuissent po. Ro. staret. Tu tuis flagitijs egestate: infamia: cõcidisses. Sed hæc vetera. Illud vero recens Cæsarem meo consilio interfectum iam vereor. P. C. ne quod turpissimũ est præuaricatorem mihi apposuisse videar: qui me nõ solum meis laudibus ornaret: sed etiã honoraret alienis. Quis eñ meũ in ista societate gloriosissimi facti nomen audiuit? Cuius autẽ qui in eo numero fuisset: nomẽ est occultatũ? Occultatũ dico: cuius non statim diuulgatum. Citius dixerim iactasse se aliquos vt fuisse in ista societate viderẽtur socij: cum socij non fuissent: q̃ vt quisquam cœlare vellet. Quam verisimile porro est in tot hominibus partim obscuris: partim adolescentibus neminẽ occultãtibus: meum nomẽ latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandã patriã desyderarentur illis auctori

bus Brutos ego impellerem: quorum vterq̧ L. Bruti imaginē quotidie videret: alter etiā Halæ. His igitur maioribus orti ab alienis potius consiliū peterēt: q̄ a suis: & foris potius q̄ domi. Quid. C. Cassius in ea familia natus: quæ non modo dominatū: sed ne potentiā quidem cuiusquā ferre potuit: me auctorem credo desyderauit? Qui etiā sine his clarissimis viris hāc rem in Ciliciam ad hostiū fluminis Cydni cōfecisset: si ille ad eam ripam: quam constituerat: non ad contrariā nauis appulisset. Cn. Domitium non patris interitus clarissimi viri: non auūculi mors: non spoliatio dignitatis ad recuperandā libertatem: sed mea auctoritas excitauit? An C. Trebonio persuasi: cui ne suadere quidem ausus essem: quo etiā maiorem ei. R. P. gratiam debet: qui libert atem. P. R. vnius amicitię preposuit: depulsorq̧ dominatus q̄ particeps esse maluit. An. L. Tulli9 Cimber me est auctorem secutus: quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus: q̄ facturū putaui? admiratus. n. sum ob eam causam: q̄ immemor beneficiorū: memor patriæ fuisset? Quid duos Seruilios Cascas dicā an Halas & hos auctorita te mea censes excitatos potius q̄ caritate. P. R. longū est persequi cęteros: idq̧. R. P. pręclarū fuisse: tū multo ipsis gloriosius est. At quemadmodum me coarguerit homo acut9 recordamini. Cęsare sta-

tim interfecto inquit cruentũ alte extollẽs M. Brutus pugionẽ Ciceronem nominatim exclamauit: atq; ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimũ; qui sciebã: vide ne illa causa fuerit appellandi me: q cũ rem gessisset consimilẽ rebus his; quas ipse gesseram: me potissimum testatus est: se ęmulum mearũ laudũ extitisse. Tu autẽ omnium stultissime nõ intelligis: si id: quod me arguis voluisse Cęsarẽ interfici: crimen sit etiã letatũ esse morte Cæsaris crimen esse. Quid. n. interest inter suasorẽ facti: & probatorem? aut quid refert vtrũ voluerim fieri: an gaudeã factũ. Et quid est igitur: te excepto: qui illũ regnare gaudebas: q illud aut fieri uoluerit aut factũ improbarit? Oẽs. n. in culpa. Et. n. oẽs boni quantũ in ipsis fuit Cęsarẽ occiderunt: alijs consiliũ: alijs animus: alijs occasio defuit: voluntas nemini. Sed stuporẽ hoĩs vel dicã pecudis attẽdite. Sed. n. dixit. M. Brut⁹: quẽ ego honoris causa nomino cruentũ pugionẽ tenẽs: Ciceronẽ exclamauit: ex quo intelligi debet eũ cõsciũ fuisse. Ergo ego scelerat⁹ appellor a te: quẽ tu suspicatũ aliqd suspicaris. Ille q stillãtẽ p̃ se pugionẽ tulit: is a te honoris causa nominatur. Esto sit verbis tuis hic stupor quãto in reb⁹: sentẽtijsq; maior: cõstitue hoc cõsul aliqñ: Brutorũ. C. Cassij. Cn. Domitij. C. Trebonij reliquorũ: quã velis causam esse

edormi crapulā inquam & exhala. an faces admouendę sunt: quæ te excitent tantæ cau sæ indormientē? Nunquam ne intelligis sta tuendum tibi esse vtrū illi: qui istam rē ges serunt homicidij rei sint: an vindices liber tatis? Attēde enim paulisper cogitationēq; sobrij hominis ad punctū temporis suscipe. Ego qui sum illorum: vt ipse fateor: familia ris: vt a te arguor: socius: nego quicq̄ esse me dium. Confiteor eos nisi liberatores. P. R. conseruatoresq; reipub. sint plusq̄ siccarios plusq̄ homicidas: plus etiā q̄ parricidas esse Siquidem est atrocius patriæ parentē: q̄ suū occidere. Tu homo sapiens & cōsiderate q̄d dicis? Si parricidæ cur honoris causa a te sunt: & in hoc ordine: & apud. P. R. semper appellati? Cur. M. Brutus te referente legi bus est solutus? si ab vrbe plusq̄ decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Cur prouinciæ Cassio & Bruto datæ? cur quęstores additi? cur legatorum numerus est auctus? Atq; hæc acta p te. Nō igitur homicidę. Sequitur vt liberatores tuo iudicio sint: quādo quidem tertium nihil potest esse. Quid est num con turbo te? non enim fortasse satis quæ distin ctius dicuntur intelligis? Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ. Quoniā scelere a te liberati sunt: ab eodē te amplissimis præ mijs dignissimi iudicati sunt. Itaq; iam rete

xo orationem meam. scribam ad illos: vt si qui forte quid a te mihi obiectum est: quęrēt sit ne verum ne cui negent. Etenim vereor: ne aut cælatū me ab ipsis illis non honestū: aut inuitatū refugisse: mihi sit turpissimū. Quę enim res vnquam proh sancte Iuppiter non modo in hac vrbe: sed in omnibus terris est gesta maior: quæ gloriosior: quæ commendatior erit hominum memoriæ sempiternę: In huius me consilij societate: tanquam in equū Troianum includi cū principibus nō recuso. Ago etiā gratias quoquo animo facis. Tanta enim res est vt inuidiam istā: quā tu in me vis concitare: cum laude nō compa rem. Quid enim beatius illis: quos tu expulsos a te prædicas & relegatos: Qui locus est aut tam desertus: aut tam inhumanus: qui illos quoquo accesserint: non affari: atq; appetere videatur: Qui homines tam agrestes: qui se cum eos aspexerint: nō maximum cœpisse vitæ fructum putentur. Quæ vero tam immemor posteritas: quæ tam ingratæ litteræ reperientur: quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequātur: Tu vero ascribe me talem in numerum. Sed vnam rem vereor: ne non probes. si enim fuissent: non solum regem: sed regnū etiā de Rep. sustulissem. Et si meus stilus ille fuisset: vt dicitur: mihi crede non solum vnū actū: sed totam fabulam cōfecissem: quanq̄ si interfici

Cęsarem voluisse crimen est: vide quęso Antoni quid tibi futurũ sit: quem & Narbone hoc consilium cum .C. Trebonio cœpisse notissimum est: & ob eius cõsilij societatẽ cum interficeretur Cæsar: tum te a Trebonio vidimus seuocari. Ego autẽ vide quam tecum agã non inimice ꝙ bene cogitasti aliquãdo laudo: quod nõ indicasti: gratias ago: ꝙ non fecisti: ignosco: virũ res illa quærebat: quod si te in iudiciũ quis adducat: vsurpetq; illud Cassianũ: cui bono fuerit vide quæso: ne hæreas: quanquã quidem illud fuit: vt tu dicebas omnibus bono: qui vni seruire nolebãt. Tibi tamen præcipue: qui non modo nõ seruis: sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniã dissipasti: ad quem e domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius domus quęstuosissima est falsoꝶ commentariorum & chyrographorum officina: agrorum: oppidorũ: immunitatum: vectigaliũ flagitiosissimæ nũdinę. Etenim quæ res ægestati: & æri alieno tuo præter mortẽ Cęsaris subuenire potuisset? Nescio quid cõturbatus mihi esse videris: nunqd subtimes ne ad te hoc crimen pertinere videatur? Libero te metu: nemo credet vnquam: nõ est tuum de rep. bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros reip. auctores. Ego te dico tantũ gaudere: fecisse nõ arguo.

Respondi maximis criminibus. Nũc etiam reliquis respondendum Castra mihi Pompei atque omne illud tempus obiecisti: quo quidem si: vt dixi: meum cõsilium: auctoritasq; valuisset: tu hodie egeres. Nos liberi essemus: Respub. nõ tot duces & exercitus amisisset. Fateor enim me cũ ea: quæ acciderũt: prouiderem futura: tãta in mœsticia fuisse: quãta cęteri optimi ciues: si idem prouidissent: fuissent. Dolebam dolebam. P. C. R. P. vestris quondam: meisq; consilijs conseruatã breui tẽpore esse peritur ã. Neq; vero eram tam indoct⁹ ignarusq; rerũ vt frangerer animo propter vitę cupiditatẽ: quę me manens conficeret angoribus: dimissa molestijs omnibus liberasset. Illos ergo præstantissimos viros lumina Reipub. viuere volebam: tot consulares: tot prætorios: tot honestissimos senatores. Omnem pręterea florem nobilitatis ac iuuentutis: tum optimorum ciuium exercitus: qui si viuerent: quamuis iniqua conditione pacis. Mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili vtilior videbatur. R. P. hodie teneremus. Quæ sententia si valuisset: ac non hi maxime quorum ego vitæ consulebam: spe victoriæ elati obstitissent: vt alia omittam: tu nunquam in hoc ordine: vel potius nunquam in hac vrbe mansisses. At vero Cnei Pompei voluntatem a me abalienabat oratio mea.

An ille quẽquam plus dilexit: cum vllo aut sermones: aut consilia cõtulit sæpius? quod quidem erat magnũ: de summa re dissentien tes in eadem consuetudine amicitiæ permanere. Sed & ego quid ille: econtra ille quid & ego sentirẽ: & spectarem videbat. Ego incolumitati ciuium primũ: & postea dignitati: ille præsenti potius cõsulebat. Quod autem haberet vterque quid sequeretur? idcirco tolerabilior erat nostra dissenssio. Quid vero ille consularis vir: ac pene diuinus de me senserit: sciunt qui eum pharsalica fuga paphum prosecuti sunt: nunquam ab eo mẽtio de me nisi honorifica: nisi plena amicissimi desyderij cũ me vidisse plus fateretur se sperauisse meliora. Et ei⁹ viri nomine me insectari audes: cuius me amicum te sectorẽ esse fateare? Sed omittatur bellum illud: in quo tu nimium fœlix fuisti: ne iocis quidem respõdebo: quibus me in castris vsum esse dixisti. Erant quidem illa castra plena curæ. Verumtamen homines quamuis in turbidis rebus sint: tamen si modo homines sunt: interdum animis relaxantur. Quod autẽ idẽ mœsticiam meam reprehendit: idẽ iocos magno argumento sit: me in vtroq; fuisse moderatum. Hæreditatẽ mihi negasti venire. Vtinam hoc tuum verũ crimẽ esset. Plures amici mei & necessarij viuerent. Sed qui istuc tibi venit in mẽtem? Ego enim amplius sester

tium ducenties acceptũ hæreditatibus retu
li: quanquam in hoc genere fateor fœliciorem
esse te. Me nemo nisi amicus fecit here
dem: vt cum illo commodo: si quod erat ani
mi quidem dolor iungeretur: te is quẽ nunq̃
vidisti. L. Rubrius Cassinas fecit hæredem.
Et quidem vide: quã te amarit is: qui albus
aterue fueris: ignorans fratris filiũ præte
riit. Qu. Furij honestissimi equitis Ro. suiq;
amicissimi: quem palam hæredem semper fa
ctitarat: ne nomen quidem perscripsit: quem
nunquam viderat: ac ne vnquã salutauerat
fecit heredem. Velim mihi dicas nisi mole
stum est. L. Tursecius: qua facie fuerit: qua
statura/quo municipio/qua Tribu. nihil scio
inquies: nisi quę prędia habuerit. Igitur fra
trem exhęredans te faciebat hæredẽ. In mul
tas præterea pecunias alienissimorũ homi
num eiectis veris hęredibus tanquã hęres es
set: inuasit. Quanquã hoc maxime admira
tus sum mentionem te hęreditatum ausum
esse facere: cum ipse hęreditatem paternam
non adisses. Hæc: vt colligeres homo amen
tissime tot dies in aliena villa declamasti?
quanquam tu quidem vt tui familiarissimi
dictitant: vini exhalandi: non acuendi inge
nij causa declamitas. At vero adhibes ioci
causa magistrũ suffragio tuo: & compotorũ
tuorum Rhetorem? cui concessisti: vt in te:
quę vellet: diceret. Salsum omnino hominẽ

ſed materia facilis in te: & in tuos dicta di-cere. Vide autẽ inter te & auum tuũ quid in-terſit? Ille ſẽſim dicebat: quod cauſę prodeſ-ſet. Tu curſim dicis aliena: vt quãta merces Rhetori data eſt? Audite audite. P. C. & co-gnoſcite reip. vulnera. Duo milia iugerũ cã-pi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignaſti & quidẽ immunia: vt pro tanta mercede ni-hil ſapere diſceres. Num etiã hoc audaciſſi-me ex Cæſaris cõmentarijs? Sed dicã alio lo-co de Leontino agro: & de Cãpano: quos iſte agros ereptos. R. P. turpiſſimis poſſeſſorib⁹ inquinauit. Iã enim quoniã criminibus eius ſatis reſpondi: de ipſo correptore & emẽda-tore noſtro quædã dicenda ſunt. Nec em̃ oĩa effundã: vt ſi ſæpius decertandũ ſit: vt erit: ſemper nouus veniã: quã facultatẽ mihi iſti-us multitudo vitiorũ peccatorũq; largitur. Vis ne igitur te inſpiciam⁹ a puero? Sic opi-nor: a principio ordiamur. Tenes ne memo-ria pretexatum te decoxiſſe. Patris inquies iſta culpa eſt. Concedo. Etem̃ eſt pietatis ple-na defenſio. Illud tamẽ audacię tuæ: quod ſediſti in quatuordecim ordinibus. Cũ eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus cõſti-tutus: quãuis qui fortunę vitio nõ ſuo deco-xiſſet. Sũpſiſti virilẽ togam: quã ſtatim mu-liebrẽ ſtolam reddidiſti primo vulgare ſcor-tũ: certa flagitij merces: nec ea parua: ſed ci-to Curio interuenit qui te a meretricio quę

ſtu abduxit: & tanquã ſtolam dediſſet in matrimonio ſtabili & certo locauit. Nemo vnquam puer emptus libidinis cauſa tã fuit in Domini poteſtatẽ: quã tu in Curionis. Quotiens te pater eius domo ſua eiecit: quotiẽs cuſtodes poſuit ne limen intrares? Cũ tamẽ tu nocte ſocia hortante libidine cogẽte mercede per tegulas dimitterere: quę flagitia domus illa diutius ferre nõ potuit. Scis ne me de rebus mihi notiſſimis dicere? Recordare tempus illud: cũ pater Curio merẽs iacebat in lecto: filius ſe ad pedes meos proſternens lachrymans te mihi commendabat: orabat: vt te contra ſuum patrem: ſi ſeſtertium ſexagies peteret: defenderem. Tãtum enim pro te interceſſiſſe dicebat. Ipſe autem amore ardens confirmabat: q̄ deſyderium tui diſſidij ferre non poſſet: ſe in exilium eſſe iturum. Quo ego tempore tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedaui: vel potius ſuſtuli: patri perſuaſi: vt æs alienum filij diſſolueret: redimeret adoleſcentem ſumma ſpe & animi & ingenij præditum rei familiaris facultatibus: eumq; a tua: non modo familiaritate: ſed etiam congreſſione patrio iure & poteſtate prohiberet. Hæc tu cum per me acta meminiſſes: niſi illis quos videmus: gladijs confideres: maledictis me prouocare auſus eſſes? Sed iam ſtupra & flagitia omittam. Sunt quædam

quę honeste non possum dicere. Tu autem eo liberior q̃ ea in te admisisti: quę a verecũdo inimico audire non posses. Sed reliquũ cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. Ad hęc enim quę in ciuili bello in maximis. R. P. miserijs fecit: & ad ea quę quotidie facit festinat animus: quę peto vt quãquam multo notiora vobis q̃ mihi sunt: tamen vt facitis: attẽte audiatis. Debet enim talibus in rebus excitare animos: non cognitio solum rerũ: sed etiam recordatio tametsi incidamus oportet media: ne nimis sero ad extrema veniamus. Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me beneficia cõmemorat: cuius omnium incendiorũ fax: cuius etiam domi quiddã iam tum molitus est. Quid dicam ipse optime intelligit. Inde itũ Alexandriam cõtra senatus auctoritatem: contra religiones. Sed habebat ducem Gabinium: qui cum quiduis rectissime facere posset. Qui tum inde reditus? aut qualis prius in vltimam Galliam ex ægypto q̃ domum: quę autem erat domus. Suã enim quisq; domum tũ obtinebat: neq; erat vsq̃ tua domũ dico? Quid erat in terris: vbi in tuo pedem poneres? pręter vnum Misenum: quod cum socijs tanquam Sisaponem tenebas. Venisti e Gallia ad questuram petendã. Aude dicere prius ad patrem tuũ venisse q̃ ad me. acceperam enim iam ante Cæsaris litteras vt mihi

satis fieri pateret a te:itaq; ne loqui quidē sum te passus de gratia:postea custodit⁹ sum a te:tu a me obseruatus in petitione quęstu re. Quo quidē tempore. P. Clodiū approbante Po. Ro. in foro es conatus occidere. Cūq; eam rem tua sponte conarere: non impulsu meo:tamen ita prędicabas te nō ęstimare nisi illū interfecisses:vnq̄ mihi pro tuis in mę iniurijs satis esse facturum. In quo demiror cur Milonem impulsu meo rem illam:egisse dicas:cum te vltro mihi idem illud deferentem nunq̄ sim adhortatus:q̄q̄ si in eo perseuerares ad tuam gloriam rem illam referri malebam q̄ ad meam gratiam: quæstor es factus:deinde continuo sine senatus consulto sine sorte:sine lege ad Cæsarē cucurristi. Id enim vnum in terris egestatis: ęris alieni: nequitię:perditis vitę rationibus perfugiū esse ducebas:ibi te cum & illius largitionibus & tuis rapinis expleuisses si hoc est explere quod statim effundas:aduolas egēs ad tribunatum:vt in eo magistratu si posses vitrici tui similis esses. Accipite nunc quæso non ea quæ ipse in se:atq; in domesticum dedecus impune atq; intemperāter: sed quæ in nos fortunasq; nostras id est vniuersā. R. P. impie ac nefarie fecerit. Ab huius. n. scelere omnium malorū principium natum reperietis. nā cum. L. Lentulo. C. Marcello consulibus Kal. Ian. labentem. & prope cadētem

R. P. fulcire cuperetis: ipsiq́ C. Cęsari si sana mente esset consulere velletis: tum iste vẽditum atq́ mancipatum tribunatũ consilijs vestris opposuit; ceruicesq́ suas ei subiecit securi: qua multi in minoribus peccatis occiderũt. In te autem. M. Antoni id decreuit senatus: & quidem incolumis nondũ tot luminaribus extinctis: quot in hostem togatũ decerni est solitũ more maiorũ. Et tu apud P. C. contra me dicere ausus es cum ab hoc ordine ego conseruator essem: tu hostis. R. P. iudicatus? Commemoratio illius tui sceleris intermissa est: non memoria deleta. Dũ genus hominũ: dum Po. Ro. nomen extabit quod quidem erit si per te licuerit sempiternum: tua illa pestifera intercessio nominabitur. Quid cupide a senatu: quid temere fiebat: cum tu vnus adolescens vniuersum ordinẽ decernere de salute. R. P. prohibuisti? neq́ id semel sed sæpius: neq́ tu tecum de senatus auctoritate agi passus es. Quid autẽ agebatur nisi ne delere & euertere. R. P. funditꝰ velles? Cum te neq́ principes ciuitatis rogãdo: neq́ maiores natu monẽdo: neq́ Ro. eques aut senatus agẽdo de vẽdita atq́ addicta sentẽtia mouere potuit. Tũ illud multis ãte tẽtatis necessario tibi vulnus inflictum: quod paucis ãte te quorũ incolumis fuit nemo. Tũ cõtra te dedit arma hic ordo consulibus reliq́sq́ ĩperijs & potestatibus: q̃ nõ effu

gisses nisi te ad arma cæsaris cõtulisses. Tu tu iquã. M. Antoni princeps. C. Cęsari ptur bare omnia cupienti causam belli cõtra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat: q̃ causam dementissimi sui consilij & facti asserebat: nisi q̄ intercessio neglecta: ius tribunitiũ sublatum: circumscript9 esset Antonius: Omitto q̃ hęc falsa q̃ leuia presertim cũ omnino nulla causa iusta cuiq̃ esse possit contra patriã arma capiendi. Sed nihil de Cæsare. Tibi certe confitendũ causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse. O miserum te si intelligis: miseriorẽ si non intelligis hoc litteris mandari: hoc memoriæ prodi: huius rei ne posteritatẽ quidem omnium sæculorum vnquam immemorem fore. Consules ex Italia expulsos: cũq; his Cn. Pompeium qui imperij Po. q;. Rom. decus ac lumen fuit: omnes consulares qui per valitudinem exequi cladem illam fugãq; potuissent: prætores: prætorios Tribuñ. Ple. magnam partem sena tus: omnem sobolem iuuentutis vnoq; verbo. R. P. expulsam atq; exterminatam suis sedibus. Vt igitur in seminibus est causa arborũ & stirpium: sic huius luctuosissimũ belli semen tu fuisti. doletis tres exercitus Po. Ro. interfectos: interficit Ant. Desideratis clarissimos ciues: eos quoq; eripuit vobis Ant. Auctoritas hui9 ordinis afflicta est. Afflixit An. Oia deniq; q̃ po

stea vidimus: quid autem mali non vidimus si recte rationabimur: vni accepta referem⁹ Antonio: vt Hælena troianis. Sic iste huic reip. causa belli: causa pestis: atq; exitij fuit Reliq̃ partes tribunaat⁹ principio similes. Omnia perfecit quę senatus salua. R. P. ne fieri possent perfecerat. Cuius tamē scelus in scelere cognoscite: restituebat multos calamitosos. In his patrui nulla mentio. Si seuerus cur nō in omnes Si misericors cur nō in suos? Sed omitto cætero. Licinium Lenticulam de alea condemnatū collusorē suū restituit: quasi vero ludere cum condemnato non liceret: sed vt quod in alea perdiderat: beneficio legis dissolueret. Quam attulisti rationem Po. Ro. cur eum restitui oporteret? Absentem credo in reos relatū: rē indicta causa iudicatā: nullū fuisse de alea lege iudicium vi oppressum & armis postremo quod de patruo tuo dicebatur: pecunia iudicium esse corruptum: nihil horum. At vir bonus & de. R. P. dignus nihil id quidē ad rē. Ego tamen quoniam condēnatū esse pro nihilo est: si ita esset: ignoscerem: hominē vero omnium iam nequissimum qui non dubitaret vel in foro alea ludere: vel lege quæ est de alea condemnatum qui in integrū restituit: is nō apertissime studium suum ipse profitetur? in eodem vero Tribunatu cum Cæsar in Hispaniam proficiscens huic conculcan-

dam Italiam

dam Italiam tradidisset: quæ fuit eius peragratio itinerum? lustratio municipiorum? Scio me in reb⁹ celebratissimis sermone omnium versari: eaq; quæ dico dicturusq; sū: notiora omnibus esse qui in Italia tum fuere q̄ mihi: qui non fui. Notabo tamē singulas res: & si nullo modo poterit oratio mea satisfacere scientiæ vestræ. Etenim quod vnq̄ in terris tātū flagitium extitisse auditū est: tantam turpitudinē: tantum dedecus? Vehebatur in Essedo Trib. ple. lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima portabatur: quam ex oppidis municipalibus homines honesti obuiā necessario prodeuntes nō vero illo & mimico nomine: sed Volumniam salutabant. Sequebatur rheda cū lenonibus comites nequissimi reiecta mater amicam impuri filij tanq̄ nurum sequebatur. O miseræ mulieris fœcunditatē calamitosam: horum flagitiorū iste vestigijs omnia municipia. Præfecturas: colonias: totā deniq; Italiā impressit. Reliquorum factorū eius. P. C. difficilis est sane reprehēsio & lubrice versatus in bello est. Saturauit se sanguine dissimillimorū sui ciuium: fuit fœlix si potest vlla esse in scelere fœlicitas. Sed quoniā veteranis cautum esse volumus: q̄q̄ dissimilis est militum causa & tua illi secuti sunt: tu quæsiuisti ducem: tamen ne apud illos me in inuidiam voces nihil de genere bel

li dicã. Victor Thessalia Brũdusium cum le gionibus reuertisti: ibi me non occidisti: magnum beneficium. potuisse. n. fateor: q̃q̃ nemo erat eorum qui tunc tecum fuerunt: qui mihi non censeret parci oportere. Tanta. n. est charitas patriæ vt vestris etiam legionibus sanctus essem: q̃ eam a me seruatam esse meminissẽt. Sed fac te dedisse mihi quod nõ ademisti: meq; a te habere vitã: quia a te nõ sit erepta. Liceat ne mihi per tuas contumelias hoc beneficium sic tueri vt tuebar? Prę sertim cum te hæc auditurum videres: venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuę mimulæ. Quid est? Num mentior? Quam miserum est id negare nõ posse quod sit turpissimũ cõfiteri. Si te municipiorum non pudebat ne veterani quidem exercitus? Quis enim miles fuit qui Brundusij illã nõ viderit? quis qui nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum? Quis qui nõ indoluerit tam sero se quem hominem secutus esset cognoscere? Italiæ rursus percursatio: eadem comite mima in oppida militum crudelis & misera deductio: in vrbe auri & argẽti maximeq; vini fœda direptio. Accessit vt Cęsare ignaro cum esset ille Alexandrię beneficio amicorũ eius magister equitum constitueretur tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere & equos vectigales Sergio mimo tradere: quid ego istius decreta? quid ra-

pinas? quid hęreditatũ possessiones datas? quid ereptas proferam? cogebat ęgestas: quo se verteret non habebat. Nondũ ei tanta a L. Rubrio non a. L. Tursecio hæreditas venerat: nõdum in Cn. Pompeij locum multorumq; aliorum qui aberant: repentinus heres successerat: erat ei viuendum latronum ritu vt tantum haberet: quantum rapere potuisset. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt omittam⁹. Loquamur potius de inquissimo genere leuitatis. Tu istis faucib⁹: istis lateribus: ista gladiatoria totius corporis firmitate: tãtum vini in Hippiæ nuptijs exhauseras: vt tibi necesse esset in po. Ro. cõspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdam: sed etiam auditu. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset: quis non turpe diceret? in cœtu vero populi negocium publicum regens magister equitum cui ructare turpe esset: is vomens frustis esculentis vinum redolẽtibus gremium suum: & totum tribunal impleuit. Sed hæc ipse fatetur esse in suis sordibus. Veniamus ad splendida. Cæsar Alexandriam se recæpit fœlix: vt sibi quidem videbatur: mea autẽ sententia siquis. R. P. sit infœlix: fœlix esse nõ potest: hasta posita pro ęde Iouis Statoris: bona: miserum me: consumptis enĩ lachrymis: tamen infixus animo hæret dolor: bona inquam Cn. Pompeij magni vo-

ei acerbissimæ subiecta præconis: vna illa re
seruitutis oblita ciuitas ingemuit. Seruien
tibusq; animis gemitus tamen Po. Ro. liber
fuit. Expectantibus omnibus quis nã esset
tam impius? tam demens: tam dijs homini-
busq; hostis: qui ad illud scelus sectionis au-
deret accedere? Inuẽtus est nemo pręter An
tonium: præsertim cum tot essent circa ha-
stam illam qui alia omnia auderent. Vnus
inuentus est qui id auderet: quod omniũ fu-
gisset & formidasset audacia. Tantus igitur
te stupor oppressit: vel vt verius dicã: tãtus
furor: vt primũ cum sector sis isto loco nat⁹:
deinde cũ Pompei sector: nõ te execrandum
popu. roma. non detestabilẽ: non omnes tibi
deos: omnes homines & esse inimicos & fu-
turos scias? At q̃ insolenter statim Heluo in
uasit in eius viri fortunas: cuius virtute ter
ribilior erat popu. roma. exteris gẽtibus iu
stitia carior? In eius igitur copias cum se su
bito ingurgitasset: exultabat gaudio perso-
na de mimo modo egens: repente diues. Sed
vt est apud poetam nescio quem: male parta
male dilabuntur: incredibile ac simile por-
tenti: quo nam modo illa tam multa quam
paucis non dico mensibus: sed diebus effude
rit: maximus vini numerus fuit: permagnũ
optimi pondus argenti: preciosa vestis: mul
ta & lauta supellex & magnifica: multis lo-
cis non illa quidem luxuriosi hominis: sed

tamen abundantis. Horũ paucis diebus nihil erat: quę charybdis tã vorax? Charibdin dico: quæ si fuit fuit animal viuũ: oceanus medius fidi⁹ uix videtur tot res tam dissipatas: tam distantibus in locis positas: tam cito absorbere potuisse: nihil erat clausum: nihil obsignatum: nihil scriptum. Apothecæ totæ nequissimis hominibus cõdonabãtur: alia mimi rapiebant: alia mimæ: dom⁹ erat aleatoribus referta: plena ebriorũ: totos dies potabatur: atq; id locis pluribus. Suggerebantur etiam sæpe: nõ enim semper iste fœlix: damna aleatoria: conchiliatis Cn. Pompeii: peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Quamobrem desinite mirari hæc tam celeriter esse consumpta: nõ modo vnius patrimoniũ quamuis amplissimũ: vt illud fuit: sed vrbes: & regna tanta nequitia deuorare potuisset. At eiusdem ædes etiam & hortos. O audaciam immanem: tu ingredi illam domũ ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum ædium diis pœnatibus os importunissimum ostendere: quam domum aliqu andiu nemo aspicere poterat: nemo sine lachrymis pręterire. hac te in domo tam diu diuersari nõ pudet? in qua quamuis nihil sapias: tamẽ nihil tibi potest esse iucundum. An tu illa vestibula: rostra: spolia: cum aspexisti: domum tuam te introire putas? fieri non potest. quamuis enim si-

ne mente:sine sensu sis:vt es:tamen & te: & tua;& tuos nosti. Nec vero te vnquam:neq; vigilantem:neq; in somnis credo mente pos se consistere. Necesse est quamuis sis vt es vi olentus & furens:cum tibi obiecta sit speci es singularis viri:perterritum de somno ex citari:furere etiã sepe vigilantem. Me qui dem miseret parietum ipsorũ:atq; tectorum. Quid enim vnquam domus illa viderat ni si pudicum?nisi ex optimo more & sanctissi ma disciplina?fuit enim ille vir. P.C. sicut scitis:cum foris clarus: tum domi admiran dus:neque rebus exteris magis laudandus: quam institutis domesticis. Huius in sedib9 pro cubiculis stabula/pro tricliniis popinæ sunt. Et si iã negat. nolite:nolite quærere? frugi factus est. Illam suam:suas res sibi ha bere iussit. Ex duodecim tabulis causam ad didit:exegit. quam porro spectatur ciuis q̃ probatus?cuius ex omni vita nihil est hone stius:quam q cum Mima fecit diuortium At quam crebro vsurpat:& consul:& Anto nius?hoc est dicere & consul:& impudicissi mus:& consul:& homo nequissimus. Quid enim est aliud Antonius?nam si dignitas si gnificaretur in nomine dixisset aliquando credo auus tuus se consulem & Antoniũ:nũ quam dixit. dixisset etiam collega patruus tuus:nisi tu esses solus Antonius. Sed omit to ea peccata:quę non sunt earum partium

propria quibus tu. R. P. vexauisti. ad ipsas tuas partes redeo: id est ad ciuile bellũ: quod natum conflatũ susceptũ opera tua est. Cur ei bello tum propter timiditatẽ tuam: & propter libidines defuisti? Gustaras ciuilem sanguinem vel poti⁹ exorbueras: fueras in acie pharsalica Antesignanus: L. Domitium clarissimum: & nobilissimum virum occideras: multos: qui de prælio effugerant: quorũ Cæsar nonnullos fortasse seruasset: crudelissime persecutus trucidaras. Quibus rebus tãtis talibus gestis qd fuit causę: cur in Aphricam Cæsarem nõ sequerere? cum presertim belli pars tanta restaret. Itaque quem locũ apud ipsum Cæsarem post eius ex Aphrica reditum obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu Imperatoris quæstor fueras: dictatoris magister equitum: belli princeps: crudelitatis auctor: prædæ socius: testamenti: vt ipse dicebat: filius appellat⁹ es de pecunia: quã pro domo: pro hortis: pro sectione debebas. Primo respondisti plane ferociter: & ne omnia videar contra te: propemodum æqua & iusta dicebas: A me. C. Cæsar pecuniam: cur potius quam ego ab illo? an ille sine me vicit? an ne potuit quidem. Ego ad illum belli ciuilis causam attuli: ego leges perniciosas rogaui: ego arma contra consules: Imperatoresq; Populi Romani contra senatum Po. q;. R. contra deos patrios: arasq; &

focos:cõtra patriam tuli. Num sibi soli vicit:quorum facinus commune:cũr nõ sit eorum præda communis. Ius postulabas. Sed quid ad rem. plus ille poterat:itaq; exclusis tuis vocibus:& ad te:& ad prędas tuas milites misit. Cum repente a te preclara illa tabula prolata:qui risus hominum de te erat: tantam esse tabulã:tam varias:tam multas possessiones:ex quibus prętet partem Miseni nihil erat:quod is:qui auctionaretur posset suum dicere. Auctionis vero miserabilis aspectus:vestis Pompeij non multa:eaq; maculosa eiusdem quędã argẽtea vasa collisa. Sordidata mancipia:vt doleremus quicquã esse ex illis reliquijs:quod videre possemus Hanc tamen auctionẽ hæredes. L. Rubrij decreto Cęsaris prohibuerũt: herebat:nebulo quo se verteret non habebat. Quippe in his ipsis temporibus domi Cęsaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum sica. de quo Cæsar in senatu aperte in te inuehens quæstus est:proficiscitur in Hispaniam Cęsar paucis tibi ad soluendum propter inopiam tuam prorogatis diebus:ne tũ quidem sequeris:tam bonus gladiator rudẽ tã cito accepisti. Hunc igitur quisquam:qui in suis partibus:idest in suis fortunis tã timidus fuerit:pertimescat. profectus est tamen aliquando in Hispaniã:sed tuto vt ait:peruenire non potuit Quonã modo igitur Do-

lobella peruenit? aut non suscipienda fuit ista causa Antoni: aut cum suscepisses: defen dendauſque ad extremum. Ter depugnauit Cæsar cũ ciuibus in Thessalia: Aphrica: Hi spania. Omnibus affuit his pugnis Dolobel la. In hispaniensi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quæris: nollem. Sed tamẽ cõ silium a principio reprehendendum: laudan da constantia. Tu vero quis es? Cn. Pompeij liberi primum patriam repetebant. Esto fue rit partium hæc causa communis: repetebãt prȩterea deos Pœnates patrios: aras: focos larem suũ familiarem: in quȩ tu inuaseras. Hȩc cum peterent armis hi: quorum erãt le gibus: & si in rebus iniquissimis qd potest es se æqui? tñ erat æqssimũ cõtra Cn. Põpeij li beros Cn. Põpeij pugnare sectorẽ. An tu nar bonȩ in mẽsas hospitũ cũ vomeres: Dolobel la pro te in Hispania dimicaret? Qui vero Narbona redit⁹? & tamen querebat: cur ego ex ipso cursu tam subito reuertissem: Expo sui nuper. P. C. causam reditus mei. Volui etiam si possem ante Kal. Ia. prodesse reipu. Nam quod quȩrebas: quo modo redissem pri mum luce: nõ tenebris. Deinde cum calceis & toga: nullis nec caligis: nec lacerna. At etiam aspicis me & quidem vt videris irat⁹: ne tu mecum iam in gratiam redeas: si scias q̃ me pudiat nequitiȩ tuæ: cuius teipsum nõ pudet. Ex omnium omnibus flagitijs: nullũ

turpius vidi: nullũ audiui: q̃ ꝙ qui magister equitum fuisse tibi viderere: in proximũ annum cõsulatum peteres: vel potius rogares: idq; per municipia: coloniasq; Gallię: a qua cum consulatus noster petebatur: non rogabatur. Petere consulatum solebamus: cũ caligis & lacerna cucurristi. At videte leuitatẽ hominis. Cũ hora diei fere. x. ad saxa rubra venisset: delituit in quadã cauponula: atq; ibi se occultans perpotauit ad vesperũ: inde Cisio celeriter ad vrbem aduectus domũ venit capite inuoluto. Ianitor quis tu? a Marco tabellarius confestim ad eam: cuius causa venerat: deducitur: eiq; epistolã tradidit: quã cũ illa legeret flẽs: erat. n. amatorie scripta. caput autem litterarũ: sibi cum illa mima post hac nihil futurum: omnẽ se amorem abiecisse illinc: atq; in hanc transfudisse. Cũ mulier fleret vberius: homo misericors ferre non potuit: caput aperuit: in collum euasit. O hominẽ nequã: quid. n. aliud dicã magis proprie: nihil aliud possum dicere. Ergo te vt catamitum: neq; opinato cum ostendisses preter spem mulier aspiceret. Iccirco vrbem terrore nocturno: Italiã multorũ dierum metu perturbasti. Et domi quidem causam amoris habuit foris etiã turpiorem. Ne. L. Plãcus predes tuos venderet productus in concione a Tr. pl. cũ respõdisses te rei tuę causa venisse populũ in te dicacẽ etiã reddidisti.

Sed nimis multa de nugis: ad maiora veniamus. Cæsari ex Hispania redeũti obuiã longissime processisti celeriter isti & redisti: vt cognosceret te: si minus fortẽ: attamẽ strennuũ: factus ei rursus nescio quomodo familiaris habebat hoc oino Cæsar: quẽ plane pditũ ære alieno egentẽq; si eundẽ nequã hominẽ: audacẽq; cognouerat: hunc in familiaritatẽ libentissime recipiebat. His igitur rebus pclare cõmẽdat⁹ iussus est renũtiari cõsul: & qdẽ cũ ipso: nihil quęro de Dolobella: qui tũ est ipulsus: elusus: inductus: quãta in re: quãta fuerit vtriusq; vestrũ pfidia in Dolobellã qs ignorat? Ille induxit vt peteret: promissũ & receptũ iteruertit: ad seq; trãstulit. Tu ei⁹ pfidia volũtatẽ tuã ascripsisti. Veniũt Ka. Ian. cogimur in senatũ: iuect⁹ est copiosius multo in istũ: & paratius Dolobella q̃ nũc ego. Hic aũt irat⁹ q̃ dixit dij boni. Cũ primũ Cęsar ostẽdisset sępius q̃ proficisceretur Dolobellã cõsulẽ esse iussurũ: quẽ negãt regẽ q & faceret semp eiusmodi aliqd & diceret. Sed cũ Cęsar ita dixisset tũ hic bon⁹ augur eo se sacerdotio pditũ esse dixit: vt comitia auspicijs vel ipedire: vel vitiare posset: idq; se facturũ esse asseuerauit. In quo primũ icredibilẽ stupiditatẽ hois cognoscite: &. n. istuc qd te sacerdotij iure facere posse dixisti si augur nõ eẽs: & cõsul eẽs min⁹ facere potuisses? Vide ẽt ne facili⁹. nos. n. nũciationẽ so

lum habemus. Consules & reliqui magistrã tus etiam inspectionem. Esto hoc imperite. Nec. n. ab homine nunq̃ sobrio postulanda prudentia. Sed videte impudentiam multis ante mensibus in senatum dixisse Dolobellę comitia: aut prohibiturum auspicijs: aut id facturum esse: quod fecit. Quisq̃ ne diuinare potest quid vitij in auspicijs futurum sit: nisi qui de cœlo seruare constituit? quod neq; licet comitijs per leges: & siquis seruauit non habitis comitijs: sed priusq̃ habeãtur debet nuntiare: verum implicata inscitia impudentia est: si nescit ꝑ augurem: nec facit quod pudẽtem decet. Atq; ex illo die recordamini eius vsq; ad Idus Martias consulatum. Quis vnq̃ apparitor tam humilis: tã abiectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat: caput in aduersam lecticam inferens beneficia quę vẽderet: a collega petebat. Ecce Dolobellę comitiorum dies sortitio prærogatiuę: quiescit: renũtiatur: tacet prima classis vocatur: renunciatur. Deinde vt assolet suffragia. Tum secũda classis vocatur: quę omnia citius sunt facta: q̃ dixi. Confecto negotio bonus augur Lælium diceres: alio die inquit. O impudentiam singularem: quid videras? quid senseras: quid audiueras? Nec. n. te de cœlo seruasse dixisti? neq; hodie dicis. Id igitur obuenit vitium: quod tu iam Kal. Ia. futurũ esse pręuideras: & tanto ãte præ-

dixeras. Ergo magna hercule: vt spero: tua potius quam reip. calamitate ementitus es auspicia: obstrinxisti. P. R. religione: augur auguri: consul consuli nunciasti. Nolo plura: ne acta Dolobellę videar conuellére: quę necesse est aliquando ad nostrum collegium deferantur. Sed arrogãtiam hominis: insolẽtiamq; cognoscite: q̃diu tu voles vitiosus consul Dolobella. Rursus cum voles: saluis auspitijs creatus. Si nihil est: cum augur his verbis nuntiat: quibus nuntiasti: confitere te cum alio die dixeris sobriũ non fuisse. Sin est aliqua vis in istis verbis ea quę sit: augur a collega requiro. Sed ne forte multis rebus gestis. M. Antonij rem vnam pulcherrimam transiliat oratio. ad Lupercalia veniamus: non dissimulat. P. C. apparet esse commotum: sudat: pallet: quidlibet: modo ne nauseam faciat: quod in porticu Numicia fecit: quę potest esse turpitudinis tanta defensio. Cupio audire: vt videã vbi Rhetoris tanta merces: vbi campus Leontinus appareat. Sedebat in rostris collega tu⁹ amictus toga purpurea: in sella aurea coronat⁹: ascendis: accedis ad sellam: ita eras Lupercus: vt te esse consulem meminisse deberes. Diadema ostendis: gemitus toto foro: vnde diadema? Non. n. abiectum sustuleras: sed attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. Tu diadema imponebas cũ plangore po

puli: ille cũ plausu reijciebat. Tu ergo vnus sceleratẽ inuentus es: qui cum auctor regni inuẽtus esses: eum quem collegam regni habebas: dominũ habere velles: & idem tẽptares: quid. P. R. ferre & pati posset. At etiam misericordiã captabas. Supplex te ad pedes abijciebas: quid petens: vt seruires: tibi vni peteres: qui ita a puero vixeras vt oĩa paterere: vt facile seruires: a nobis. P. q̃. R. mandatum id certe non habebas. O pręclarã illam eloquentiã tuã cum es nudus cõcionatus: qd hoc turpius: qd fœdi⁹: qd supplicijs oĩbus dignius: Nũ expectas dũ tẽstimulis fodiã: Hęc te si vllã partẽ habes sensus: lacerat: hæc cruentat oratio. Vereor ne imminuam virorũ summorũ gloriã: dicã tamẽ dolore cõmotus. Quid indigni⁹ q̃ viuere eũ: qui imposuerit diadema: cũ oẽs fateãtur iure interfectũ esse qui abiecerit: at etiã ascribi iussit in fastis ad lupercalia. C. Cæsari dictatori perpetuo. M. Antoniũ cõsulẽ populi iussu regnũ detulisse: Cæsarẽ vti uoluisse. Iam iam minime miror te ociũ perturbare: nõ modo vrbẽ odisse: sed etiã lucẽ cũ perditissimis latronibus non solũ de die: sed etiã in diem viuere. Vbi. n. tu in pace cõsistes: qui loc⁹ tibi in legib⁹ & iudicijs esse potest: quę tu q̃tũ in te fuit dñatu regio sustulisti: ideo ne. L. Tarquinius regno exactus. Sp. Cassius. Sp. melius. M. Manlius necati: vt multis post se

culis a. M. Anto. quod fas nõ est: rex Rom constitueretur. Sed ad auspicia redeamus: de quibus rebus idibus Martijs fuit in sena tu Cæsar acturus. Quæro tum tu quid ægisses: audiebam quidem te paratum venisse: ꝙ me de ementitis auspicijs: quibus tamen parere necesse erat: putares esse dicturum. Sustulit illum diem fortuna Po. Ro. Tum etiam tuum de auspicijs iudicium interitus Cęsaris sustulit. Sed incidi in id tẽpꝰ: quod his de rebꝰ in quas ingressa erat oratio: prætereundum non sit: quę tua fuga: quę formido illa die: quæ propter conscientiam scelerum desperatio vitę: cum ex illa fuga beneficio eorum qui te: si sanus esses: saluum esse voluerunt: clam te domum recepisti? O mea semper frustra verissima auguria rerum futurarum. Dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris: cum me ad te ire vellent: vt ad defendendam. R. P. te adhortarer: quoad metueres: omnia te promissurum: simul ac timere desijsses similem te futurum tui. Itaq; cũ cęteri consulares irent redirent: in sentẽtia mãsi: neq; te illo die: neq; postero vidi: neq; vllã societatẽ optimis ciuibꝰ cũ importunissimo hoste fœdere vllo confirmari posse credidi. Post tertiũ diẽ veni in ædẽ telluris: & quidẽ inuitus: cũ oẽs aditus armati obsiderẽt. Qui tibi ille dies. M. An. fuit. q̄q̄ mihi subito iimicꝰ extitisti: tñ me tui miseret

quod tibi inuideris: qui tu vir Dij immorta les & q̃tus fuiſſes, ſi illius diei mẽtem ſerua re potuiſſes. Pacem haberemus: quæ erat fa cta per obſidem puerum nobilem. M. Anto nij filium. M. Bambalionis nepotem: q̃q̃ te bonum timor faciebat: non diuturni magi ſter officij: improbũ fecit ea quę dum timor abeſt: a te non diſceſſit audacia: & ſi tum cũ optimum te putabant: me quidem diſſentiẽ te funeri tyranni illius ſceleratiſſime præ fuiſti. Tua illa pulchra laudatio: tua miſera tio: tua cohortatio. Tu tu illas faces incen diſti: & eas quibus ſemiuſtum latus illius eſt & eas quibus incenſa. L. Bellieni domus de flagrauit. Tu illos impetus perditorũ homi nũ: & ex maxima parte ſeruorũ: quos nos vi manuq; repulimus: in noſtras domos immiſi ſti. Idem tamen fuligine abſterſa reliquis di ebus in capitolio p̄clara. S. C. feciſti: ne qua poſt idus Martias immunitatis tabula neue cuiuſq̃ beneficij figeretur. meminiſti ipſe de exulibus: ſcis de immunitate quid dixeris. optimum vero q̄ dictaturę nomen imperpe tuum de. R. P. ſuſtuliſti: quoquidem facto tã tum te cepiſſe odiũ regni videbatur: vt eius omnem propter proximum dictatorem tolle res metum. Conſtituta. R. P. videbatur ali ȷs: mihi vero nullo modo qui õnia: te guber nãte: naufragia metuebam. Num me igitur fefellit: aut num diutius potuit ſui eſſe diſ

ſimilis

similis? Inspectantibus vobis toto Capitolio tabulæ figebantur: neq; solum singulis veniebant immunitates: sed etiam populis vniuersis. Ciuitas non tam singillatim: sed prouīcijs totis dabatur. Itaq; si hæc manēt: quę stante. R. P. manere nō possunt: prouincias vniuersas. P. C. perdidistis. Neq; vectigalia solum: sed etiam imperium po. R. huius domesticis nundinis diminutum est. Vbi est septies millies sestertiū: quod in tabulis quę sunt ad Opis patebat? funestę illius quidem pecuniæ. Sed tamen si his quorum erat non redderetur: quę nos a tributis posset vindicare. Tu autem sestertium quadrigenties quod Idibus Martijs debuisti: quonā modo ante Kalendas Aprilis debere desijsti? Quid ego de commentarijs infinitis: quid de innumerabilibus chirographis loquar? sunt ea quidem innumerabilia: quę a diuersis emebantur non insciente te. Sed vnum ęgregiū de rege Deiotaro po. ro. amicissimo decretū in Capitolio fixū: quo proposito nemo erat qui in ipso dolore risū posset cōtinere. Quis enim cuiq̄ inimicitior q̄ Deiotaro Cęsar? ęq̄ atq; huic ordini vt equestri: vt massiliēsibus vt oībus quibus. R. P. populi Romani charam esse sentiebat. Igitur a quo viuo nec pręsens: nec absens quicquā æqui boni ue impetrauit: apud mortuum factus est gratus: cōpulerat hospitem: pręsens cōputarat: pecu-

niam imperarat. Mediæ tetrarchiam ex græcis comitibus suis collocarat. Armeniã abstulerat a senatu datã. Hęc viu⁹ eripuit: reddidit mortuus. At qbus verbis? modo æquũ sibi videri: modo nõ iniquũ: mira verborꝝ cõplexio. At ille nũq̃ semp.n. absẽti affui Deiotaro: quicq̃ sibi quod nos pro illo postularemus æquum dixit videri syngrapha sestertij cẽties: p legatos viros bonos: sed timidos & imperitos sine sua: sine reliquorꝝ hospitũ regis sententia facta in gynęceo: quo in loco plurime res veniere & veneunt: qua ex syngrapha qd sit acturus meditere cẽseo. Rex enim ipse sua sponte nullis cõmentariis Cęsaris simul atq; audiuit eius interitum suo marte res suas recuperauit. Sciebat homo sapiens ius super hoc fuisse: vt quæ tyranni eripuissent: ea tyrannis interfectis: hi quib⁹ erepta essent recuperarent. Nemo igitur iure cõsultus: ne iste quidem qui tibi vni est iure consultus per quẽ hæc agis ex ista syngrapha deberi dicit pro his rebus quæ erant ante syngrapham recuperate. Nõ.n. a te emit: sed priusq̃ tu suum sibi vẽderes: ipse possedit Ille vir fuit: nos quidẽ contemnendi qui auctorẽ odimus acta defendimus. Quid ergo de cõmentarijs infinitis. Quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorꝝ etiam imitatores sunt: qui ea tanq̃ gladiatorũ libellos palam venditent. Itaq; tanti acerui

nummorum apud istum construũtur: vt iam appēdātur: non numerentur pecuniæ. At q̄ cæca auaritia est? nuper fixa tabula est qua ciuitates locupletissimæ Cretensium vectigalib⁹ liberātur: statuiturq; ne post. M. Brutum proconsulē sit Creta prouincia. Tu mētis es compos? tu non constringendus in Cæsaris decreto? Creta post. M. Bruti decessum potuit liberari? Cum Creta nihil ad Brutũ Cæsare viuo pertineret. Ad huius venditiōe decreti: ne nihil actum putetis prouinciam. Cretam perdidistis. Omnino vlli⁹ rei nemo fuit emptor: cui defuerit hic venditor: & de exulibus legem quā fixisti Cæsar tulit? Nullius insector calamitatem: tantum quæror primum eorum reditus inquinatos: quorum causam dissimilem Cæsar iudicauerit. Deinde nescio cur reliquis idem non tribuas: neq; enim plus quā tres aut quatuor reliqui sũt: qui simili in calamitate fuerũt: cur tua misericordia simili nō fruũtur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre cum de reliquis ferres noluisti? Quē etiā ad censurā petēdā impulisti: eamq; petitionē comparasti: quę & risus hominum & querelas moueret. Cur autē ea comitia nō habuisti? An quia trib. ple. fulmen sinistrum nunciabat? Tua quid interest? nulla auspicia tuorum sunt cum sis religiosus. Quid eundem in septemuiratu nonne destituisti? Interuenit enim. Quid metuis

sti? credo ne saluo capite negare non posses? omnibus eũ cõtumelijs onerasti: quẽ patris loco: si menti vlla pietas esset: colere debebas: filiam eius sororem tuã eiecisti alia cõditione quęsita: & ante perspecta. Nõ est satis probri insimulasti pudicissimã fœminã. Quid est quod addi possit? contentus eo non fuisti frequentissimo senatu Ka. Ian. sedente patruo hanc tibi esse cum Dolobella odij causam ausus es dicere q ab eo sorori & vxori tuæ stuprum oblatũ esse cõperisses. Quis interpretari potest? impudẽtior ne qui in senatu: an improbior qui in Dolobellã: an impurior qui patre audiente an crudelior qui in illam miseram tam spurce: tam impie dixeris. Sed ad chirographa redeamus quę fuit tua cognitio. acta. n. Cęsaris pacis causa confirmata sunt a senatu quæ quidẽ Cæsar egisset: non ea quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius: vnde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa cur approbantur: si vera: cur veneũt? at si placuerat vt ex Kalẽ. Iunijs de Cæsaris actis cũ consilio cognosceretis: quod fuit consilium? quem vnq̃ aduocasti? quas Ka. Iuni expectasti? An eas ad quas te peragratis veteranorũ colonijs stipatum armis retulisti? O præclarã illam percursationem tuam mense Aprili atq; Maio tum cum etiam capuã deducere conatus es: quemadmodum illam adieris: vel potius pe

ne non adieris scimus. Scimus. n. cui tu vr-
bi minitaris. vtinā conere vt aliquādo illud
pene tollatur. At quā nobilis est tua illa pe
regrinatio? Quid prandiorum apparatus?
Quid furiosam vinolentiā tuam proferam.
Tua ista detrimenta sunt: Illa nostra: agrū
campanum qui cū de vectigalibus eximeba-
baturvt militibus daretur: tñ infligi magnū
R. P. vulnus putabamus: hunc tu cōpranso
ribus tuis & collusoribus diuidebas. mimos
dico & mimas in agro. P. C. Campano collo
catos. Quid iam querar de agro Leontino?
quando quidē hæ quondā aratione s Campa
ni & Leontini in . P. R. patrimonio glandi-
feræ & fructuose ferebantur. Medico. iii. mi
lia iugerum quasi te sanum fecisset. Rheto-
ri duo quasi disertū facere potuisset. Sed ad
iter Italiamq; redeamus. Deduxisti Coloni-
am Casilinum: quo Cæsar ante deduxerat.
Cōsuluisti me per litteras de Capua: tu qui-
dem sed idem de Casilino respondissem: pos-
ses ne vbi colonia esset: eo coloniā nouā iu-
re deducere? Negaui in eam coloniam quæ
esset auspicato deducta dum esset incolumis
coloniam nouā iure deduci: colonos nouos
ascribi posse: rescripsi. Tu autem insolentia
elatus omni auspiciorū iure turbato Casili
num coloniam deduxisti: quo erat paucis an
nis ante deducta: vt vexillum videres & ara
trum circumduceres: cuius quidem vomere

portã Capuæ pene perstrinxisti: vt florentis coloniæ territorium minueretur. Ab hac religionũ perturbatione. Aduolas in. M. Varronis sanctissimi: atq; integerrimi viri fundum Cassinatem. Quo iure? quo ore? eodem inquies quo in hæredum L. Rubrij: quo in hæredũ. L. Turseci j prædia: quo in reliquas innumerabiles possessiones: & si ab hasta valeant tabulæ non modo Cæsaris nõ tuę: quibus debuisti: nõ quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Cassinatẽ fundum quis venisse dicit? Quis hastã istius vẽditionis vidit? quis vocẽ præconis audiuit? Misisse te dicis Alexandriã qui emeret a Cæsare. Ipsũ. n. expectare magnũ fuit: quis vero audiuit vnq̃: nullius autem salus curæ pluribus fuit: de fortunis Varronis rem vllã esse detractam? Quod si etiam scripsit ad te Cęsar vt redderes. Quid satis potest dici de tanta impudẽtia: remoue gladios illos parumper: quos vidimus. Iã intelliges aliã causam esse hastæ Cæsaris: aliã confidẽtiæ & temeritatis tuæ. Nõ. n. te dñs modo illis sedibus: sed quiuis amicus: vicinus: hospes: procurator arcebit Ad quam multos dies in ea villa turpissime es perbacchatus. Ab hora tertia bibebatur: ludebatur: vomebatur. O tecta ipsa misera q̃ dispari dño. q̃q̃ quomodo iste dñs? sed tamẽ quã a dispari tenebãtur? Studiorũ eñ suorũ M. Varro voluit esse illud nõ libidinum di-

uersorũ. Quæ in illa villa ante dicebantur? Quæ cogitabãtur? Quæ litteris mandabantur? Iura po. ro. monumenta maiorũ: ois sapientiæ ratio: omnisq; doctrina. At. n. te inquilino: non. n. dño personabant omnia vocibus ebriorũ. natabant pauimẽta vino. madebant parietes. Ingenui pueri cũ meritoriis. scorta inter matres familias versabãtur Cassilino salutatum veniebãt. Aquino. Interamne. admissus est nemo: iure id quidem in homine enim turpissimo obsolebãt dignitatis insignia. Cum inde romã proficiscens ad Aquinũ accederet: obuiam ei processit: vt est frequens municipiũ: magna sane multitudo. At iste operta lectica latus est per oppidũ vt mortuus. Stulte Aquinates: sed tamen in via habitabant. quid anagnini? qui cum essent deuij obuiam ei descenderunt: vt istum tanq̃ si esset Consul salutarent? incredibile dictu. Sed tum nimis inter omnes constabat neminẽ esse resalutatum. Presertim cum duos secum anagninos haberet Mustelã & Leonem: quorum alter gladiatorũ est princeps: alter poculorũ. Quid ego illas istius minas cõtumeliasq; cõmemorẽ: quib⁹ inuect⁹ est in Sidicinos? Vexauit Puteolanos. q. C. Cassiũ q. Brutos patronos adoptassent. Magno quidem iudicio: studio: beniuolẽtia: caritate: nõ vt te vt Basilium vi & armis et alios vestri similes: quos clientes nemo habere ve-

lit nonmodo esse illorum cliens. Interea dũ tu abes: qui dies ille Collegæ tui: cũ illud quod tu venerari solebas bustũ in foro euertit? Qua re tibi nuntiata vt constabat inter eos: qui vna fuerunt: concidisti. quid euenerit postea: nescio. metum credo valuisse & arma. Collegam quidem de cœlo detraxisti: effecistiq; nõ tu quidam etiã nunc: vt sit similis tui: sed certe vt dissimilis esset sui. Qui vero reditus inde Romã? Quæ perturbatio totius vrbis? memineramus Cinnam nimis potentẽ. Syllã postea dominantẽ. Cæsarem regnantẽ videramus. erant fortasse gladij: sed tamen absconditi nec ita multi: ista vero quæ & quanta barbaria est? Agmine quadrato cũ gladijs sequuntur scutati milites. Lecticas portari videmus: atq; his quidem iam inueteratis. P. C. consuetudine obduruimus: Kalen. Iun. cum in senatum vt erat constitutum venire vellemus: metu perterriti repente diffugimus. At iste qui Senatu nõ egeret: neq; desiderauit quenq̃: & potius discessu nostro lętatus est statim illa mirabilia facinora effecit: qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui causa: is leges Cæsaris easq; p̃claras: vt. R. P. cõcutere posset euertit. Numerum annorũ prouincijs prorogauit. Idemq; cũ actorũ Cæsaris defensor esse deberet: & in publicis & in priuatis reb' acta Cæsaris rescidit. In publicis actis nihil

est lege grauius. In priuatis firmissimũ est testamentum: leges alias sine promulgatiõe substulit: alias vt tolleret promulgatas promulgauit. Testamẽtum irritum fecit? Quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est: signa tabulas quas populo Cæsar vna cũ ortis legauit: eas hic partim in hortos Põpeij deportauit: partim iu villã Scipionis. Et tu in Cæsaris memoria diligens? Tu illũ amas mortuum. Quem is maiorem honorẽ consecut⁹ erat: q̃ vt haberet puluinar: simulachꝝ fastigium: flaminem. Est ergo flamen vt Ioui: vt Marti: vt Quirino sic diuo Iulio. M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diẽ: vide qui te inauguret. Collegæ sumus: nemo negabit. O detestabilẽ hominem: siue ꝙ Tyranni sacerdos es: siue ꝙ mortui. Quæro deinceps num hodiernus dies quis sit: ignores? nescis heri quartum in circo diem ludorũ Romanoꝝ fuisse? te autẽ ipsum ad populũ tulisse vt quintus præterea dies Cęsari tribueretur? Cur non sumus prętextati? cur honorẽ Cęsaris tua lege datum deseri patimur? An supplicationes addendo diem cõtaminari passus? Puluinaria noluisti? aut vndiq; religionem tolle: aut vsquequaq; conserua. Quęres placeat ne mihi puluinar esse: fastigium flaminem? Mihi vero nihil istorum placet. Sed tu qui acta Cęsaris defendis quid potes dicere: cur alia defẽ

stas: alia non cures? nisi forte vis fateri te omnia quæstu tuo: non illius dignitate: me-tiri. Quid ad hæc tandem? Expecto eloquen tiam tuam: disertissimũ cognoui auũ tuum: at te etiam apertiorem in dicendo. Ille nun quam concionatus est nudus: tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respõdebis ne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? & quid re peries ex tam longa oratione: cui te respon-dere cõfidas? Sed preterita omittamus hũc vnum diem: hunc vnum inquam hodiern-num diem hoc punctum temporis: quo lo-quor: defende si potes. Cur armatorũ coro-na Senatus septus est? Cur me tui satellites cum gladijs audiunt? cur valuæ concordiæ non patent? cur homines omniũ gentiũ ma-xime barbaros Ithireos cum sagittis dedu-cis in forum? præsidij sui causa se facere di-cit. Non ne igitur milies perire est melius: q̃ in sua ciuitate sine armatorũ præsidio non posse viuere? Sed nullũ est istuc: mihi crede: præsidium: charitate & beniuolẽtia ciuium septum oportet esse. non armis. Eripiet: ex torquebit tibi ista. P. R. vtinã saluis nobis: sed quoquo modo nobiscũ ægeris: dũ istis cõ silijs vteris non potes esse (crede mihi) diu-turnꝰ. Etenim ista tua minime auara cõiũx: quã ego sine cõtumelia describo nimium de bet diu. P. R. pensionẽ tertiã. habet Po. Ro. ad quos gubernacula reip. deferat: q vbicũ-

q; terrarũ sunt. Ibi est omne reip. psidiũ: vel potius ipsa resp. quę se adhuc tãtũmodo vl ta est: nondũ recuperauit. Habet quidẽ certe reip. adolescẽtes nobilissimos paratos defensores: q̃ volent illi cedant ocio cõsulẽtes tamen a repub. reuocabũtur. Et nomen pacis dulce est: & ipsa res salutaris. Sed inter pacẽ & seruitutẽ plurimum interest. Pax est tranquilla libertas. Seruitus postremũ malorũ omniũ non modo bello: sed morte etiã repellendũ. Quod si seipsos illi nostri liberatores e cõspectu nostro abstulerũt. at exẽplũ facti requirunt. Illi quod nemo fecerat fecerũt. Tarquiniũ Brutus bello est persecutus: qui tũ rex fuit cũ esset Romæ regem licere; Sp. Cassius. Sp. melius. M. Mãlius propter suspitionẽ regni appetendi sunt necati. Hi primi cũ gladijs nõ in regnũ appetentẽ: sed in regnantẽ impetũ fecerũt. Quod cũ ipsum factũ per se clarũ: atq; diuinũ est: tum expositũ ad imitandũ: pręsertim cũ illi gloriã consecuti sũt: quę vix cœlo capi posse videatur. Et si eñ satis in ipsa cõsciẽtia pulcherrimi facti fructus erat: tamẽ mortali immortalitatẽ nõ arbitror cõtemnẽdã. Recordare igitur illũ M. antoni diem: quo dictaturam sustulisti. Pone ante oculos lętitiam Senatus Popul. q; Roma. confer cum nummatione tua; tuorumq;: tum intelliges quantum inter laudem: & lucrum intersit. Sed nimi-

tum: vt quodam morbo aliqui: & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: Sic libidinosi: auari: facinorosi verę laudis gustum non habent. Sed si te laus allicere ad recte faciendum non potest: ne metus quidē a fœdissimis factis potest auocare. Iudicia non metuis: si propter innocētiam laudo: si propter vim: non intelligis ei: qui isto modo iudicia nō timeat: quid timendum sit. Quod si non metuis viros fortes: egregiosq; ciues: quod a corpore tuo prohibentur armis. Tui te: crede mihi: diutius non ferent. Quid est autem multos dies & noctes timeri a suis: nisi maioribus habes beneficiis obligatos: q̄ ille quosdā habuit ex iis: a quibus est interfectus. An tu es vlla re cū eo comparandus? fuit in illo ingenium: ratio: memoria: litteratura: cogitatio: diligentia: res bello gesserat: q̄uis Ro. po. calamitosas: attamen magnas: non multos annos regnare est meditatus: magno labore: multis periculis quod cogitauerat effecerat: muneribus: monumētis congiariis: epulis multitudinē imperitā lenierat: suos pręmiis aduersarios clementiæ specię deuinxerat. Quid multa? Attulerat iam liberę ciuitati partim metu: partim patientia consuetudinem seruiendi. Cum illo ego te dominādi cupiditate cōferre possum. Cæteris vero rebus nullo modo es comparādus. Sed ex plurimis malis: q̄ ab illo. R. P.

ſunt inuſta. Hoc tantum boni eſt: quod didi-cit iam. Po. Ro. quantum cuiq; crederet: qui bus ſe committeret: a quibus caueret. Hæc igitur non cogitas: nec intelligis ſatis eſſe viris fortibus didiciſſe q̄ ſit pulchrū benefi cio gratum fama glorioſum: Tyrannū occi dere? Et cum illum homines non tulerint: te ferēt? Certatim poſt hac: mihi crede: ad hoc opus curretur: nec occaſionis tarditas expe ctabitur. Reſpice quæſo aliquando. R. P. M Antoni: quibus ortus ſis: nō quibus cum vi-uas conſydera: mecum vt voles: cum. R. P. redi in gratiā. Sed de te tuipſe videris. Ego de meipſo profitebor. Defendi. R. P. adole-ſcens: non deſeram ſenex. Contempſi Catili næ gladios: non pertimeſcam tuos: quin eti-am corpus libenter obtulerim: ſi repreſenta ri morte mea libertas ciuitatis poteſt. Vti-nam aliquando dolor. P. R. pariat: quod iā parturijt. Etenim ſi abhinc ānos prope. xx. hoc ipſo in templo negaui poſſe mortem im-maturam eſſe conſulari: quanto verius nūc negabo ſeni? Mihi vero. P. C. iam etiam op-tanda mors eſt perfuncto rebus eis: quas ade ptus ſum: quaſq; geſſi. Duo modo hæc opto. Vnum vt moriens. P. R. liberū relinquam. hoc mihi maius a dijs immortalibus dari ni hil poteſt. Alterū vt ita cuiq; eueniat: vt de repub. quiſq; mereatur.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. III.



Erius omnino. P. C. Quã tempus. R. P. postulauit: aliquando tamẽ conuocati sumus. Quod flagitabã equidem quotidie. Quippe cum bellũ nefariũ contra aras: & focos: contra vitam: fortunasq; nostras ab homine profligato: ac perdito nõ comparari: sed geri iam viderem. Expectantur Kal. Ian. quas nõ expectat Antonius: qui in prouinciam. D. Bruti summi & singularis viri: cum exercitu impetum facere conatur. Ex qua se instructum & paratum ad Vrbem venturũ esse minitatur. Quæ igitur expectatio? aut quæ vel minima dilatio tẽporis? Quãq; enim adsunt Ka. Ian. tamen breue tẽpus lõgum est imparatis. dies enim affert & hora potius: nisi prouisum est: magnas sæpe clades. Certus autem dies non vt sacrificij: sic consilij expectari solet. Quod si aut Kalen. Ian. fuissent eo die: quo primum ex vrbe fugit Antonius: aut hæ non essent expectatæ bellum iam nullum haberemus. Auctoritate enim senatus consensuq; P. R. facile hominis amentis fregissemus audaciã. Quod

confido equidem consules designatos simul ac magistratum inierint: esse facturos. Sunt enim optimo animo summo consilio: singulari concordia. Mea autem festinatio solum non victorię auida est: sed etiam celeritatis. quousq; enim tantum bellum tam crudele: tam nefarium: priuatis consilijs propulsabitur? Cur non quamprimum publica accedit auctoritas? C. Cæsar adolescens pœne: potius pueri incredibili: ac diuina quadã mente atque virtute: tum cum maxime furor arderet Antonij: cumq; eius a Brundusio crudelis: & pestifer reditus timeretur: nec postulantibus: nec cogitantibus: nec opinãtibus quidem nobis: quia fieri posse non videbatur: firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militũ comparauit: patrimoniumq; suum effudit. Quanquam nõ sumus vsi eo verbo: quo decuit. Non enim effudit: sed in salutem reipub. collocauit. Cui quanquam gratia referri tanta non potest quanta debetur: habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum: tam nihil de repub. cogitans: qui hoc non intelligat? si Marcus Antonius a Brundusio cum his copijs: quas se habiturum putauerat Romam: vt minabatur venire potuisset: nullum genus crudelitatis eum prætermissurum fuisse? Quippe qui in hospitis tectis

Brundusij fortissimos viros ciues optimos: iugilari iussit quorum ante pedes eius mori entiũ sanguine os vxoris respersum esse cõstabat. Hac ille crudelitate imbutus: cũ multo bonis hominibus veniret iratior quam illis fuerat: quos trucidarat. Cui tandem vestrũ: aut cui omnino bono pepercisset? Qua peste. R. P. priuato consilio. Nec enim fieri potuit aliter: Cæsar liberauit. Qui nisi in hac rep. nat⁹ esset. R. P. scelere Antonij nullã haberem⁹. Sic. n. perspicio: sic iudico: nisi vnus adolescens illius furentis impetus: crudelissimosq́ conat⁹ cohibuisset. R. P. fũditus interituram fuisse: cui quidem hodierno die. P. C. (nunc. n. primum ita cõuenim⁹: vt de illius beneficio possemus quę sentiremus libere dicere) tribuenda est auctoritas: vt. R. p. non modo a se susceptam: sed etiam a nobis commẽdatam possit defendere. Nec vero de legione Martia quoniã longo interuallo loqui nobis de rep. licet: sileri potest. Quis em̃ vnq̃ fortior? qs amicitior vnq̃ reip. fuit: q̃ legio Martia vniuersa? quę cum hostem. p. R. M. Antoniũ iudicasset: comes ei⁹ esse amentiæ noluit. Reliquit consulẽ: quod profecto non fecisset: si eum consulem iudicasset: quem nihil aliud agere: nihil moliri: nisi cædem ciuium: atq; interitum ciuitatis videret: atq; ea legio consedit Albæ: quã potuit vrbẽ eligere: aut oportuniorem ad res gerendas:

gerendas: aut fideliorem: aut fortiorũ viro
rum: aut amiciorum. P. R. ciuiũ: huiusce le
gionis virtutem imitata. iiij. legio duce. L.
Egnatuleio quęstore ciue optimo & fortissi
mo Cæsaris auctoritatem: atq; exercitũ per-
secuta est: faciendum est igitur nobis. P. C.
vt ea quæ sua sponte clarissimus adolescẽs:
atq; omnium præstantissimus gessit & gerit:
hęc auctoritate nostra comprobẽtur: vetera-
norumq; fortissimorũ virorum: tum legiõis
Martiæ: Quartæq; mirabilis consensus ad
remp. recuperãdã laudetur: & testimonio no
stro confirmetur: eorumq; cõmoda: honores
premia: cum consules designati magistratũ
inierint: curæ nobis fore hodierno die spon-
deamus: atq; ea quidem quæ dixi de Cæsare:
deq; eius exercitu: iam diu nota sunt nobis:
virtute. n. admirabili Cæsaris: constantiaq;
militum veteranorũ: legionumq; earum: op
timo iudicio: quæ auctoritatem nostrã: liber
tatemq;. P. R. virtutem. C. Cæsaris secutæ
sunt. A ceruicibus nostris est depulsus Anto
ni9. Sed vt dixi: hæc superiora. Hoc vero re
cẽs edictũ. D. Bruti: quod paulo ãte proposi
tũ est: certe silentio nõ potest pręteriri: polli
cetur enim se prouinciam galliã retenturũ
in senatus. P. q;. R. potestatem. O ciuem na-
tum reip. memorẽ sui nominis: imitatorẽq;
maiorum. Neq;. n. Tarquinio repulso maio
ribus nostris: tam fuit optata libertas: q̃ est

repulso Antonio retinenda nobis: illi regibus parere iam cōdita vrbe didicerāt. Nos post reges exactos seruitutis obliuio cœperat. Atque ille Tarquinius: quē maiores nostri non tulerunt non crudelis: non impius: sed superbus habitus est & dictus: quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus: id maiores nostri: ne in rege quidem ferre potuerūt. L. Brutus regem Superbū nō tulit. D. Brutus sceleratū: atqꝫ impiū regnare patietur Antoniū? Quid Tarquinius tale: qualia innumerabilia & facit: & fecit Antonius: Senatum etiā reges habebāt: nec tamē vt Antonio Senatum habenti in consilio regis versabātur Barbari armati. Seruabant auspicia reges: quę hic consul: augurqꝫ neglexit: neqꝫ solum legibus contra auspicia ferendis: sed etiam collega vna referente: quem ipse ementitis auspicijs vitiosum fecerat. Quis autem rex vnq̄ fuit tam insigniter impudens: vt haberet omnia cōmoda: beneficia: iura regni venalia? quā hic immunitatē: quā ciuitatem: quod præmiū: non vel singulis hominibus: vel ciuitatibus: vel vniuersis prouincijs vēdidit? Nihil humile de Tarquinio: nihil sordidum accepimus. at vero huius domi inter ciues illius appendebatur aurū: numerabatur pecunia vna in domo: omnes quorū intererat: totum imperiū reip. nundinabātur. Supplicia vero in ciues. R. nulla Tarquinij

accepimus. at hic & Suessæ iugulauit eos: quos in custodiam dederat: & Brũdusij.ccc. fortissimos viros: ciuesq; optimos trucida-uit. Postremo Tarquinius pro rep. bellũ ge-rebat: tum cum expulsus est: Antonius con-tra. P. R. exercitum educebat: tum cum a le-gionibus relictus nomen Cęsaris exercitũq; pertimuit: neglectisq; sacrificijs solemnib⁹ ante lucem ea vota: quæ nunquam solueret nuncupauit. Et hoc tempore vi prouinciam P. R. conatur inuadere. Maius igitur bene-ficiũ a. D. bruto. P. R. & habet: & expectat: q̃ maiores nostri acceperũt a. L. Bruto prin-cipe huius maxime conseruandi generis & nominis. Cum autem est omnis seruitus mi-sera: tum vero intolerabile est seruire impu-ro: impudico: effœminato: nunquã ne in me-tu quidem sobrio. Hunc igitur qui Gallia prohibet priuato præsertim cõsilio iudicat: verissimeq; iudicat non esse consulem. Faci-endum est igitur. P. C. nobis vt. D. Bruti pri-uatum consilium auctoritate publica cõpro-bemus. Nec vero. M. Antonium cõsulẽ post lupercalia putare debuistis: quo eñ ille die P. R. inspectante nudus: vnctus: ebrius: con-cionatus est: & id agit vt collegę diadema imponeret: eo die non modo Consulatu: sed etiam libertate se abdicauit. Esset e-nim ipsi certe statim seruiendum: si Cæ-sar ab eo regni insigne accipere voluisset.

Hunc igitur ego Consulem: hunc ciuem. R. hunc liberũ: hunc denique hominem putem: qui fœdo illo & flagitioso die: & quid pati Cæsare viuo posset: & quid eo mortuo conse qui ipse cuperet ostendit. Nec vero de virtu te constantia grauitate prouinciȩ Galliȩ ta ceri potest. Est enim ille flos Italiæ: illud fir mamentum Imperij. P. R. illud ornamentũ dignitatis: tantus autem consensus est mu-nicipiorum coloniarumq; prouinciæ Galliȩ vt omnes ad auctoritatẽ huius ordinis: ma-iestatemq; po. Ro. defendendam conspirasse videantur. Quamobrem Tribu. pleb. quanq̃ vos nihil aliud: nisi de præsidio vt senatum tuto consules. Kal. Ian. habere possent retu listis: tamen mihi videmini magno consilio: atq; optima mente potestatem nobis de tota R. P. fecisse dicendi. Cum enim tuto senatũ haberi sine præsidio non posse iudicauistis: istud etiã statuistis: intra muros Antonij sce lus audaciamq; versari. Quamobrẽ omnia mea sententia complectar: vobis vt intelli-go non inuitis: & vt præstãtissimis ducibus a nobis detur auctoritas & fortissimis mili-tibus spes ostendatur præmiorum: & iudice tur non verbo sed re: non modo non consul: sed etiam hostis Antonius. Nam si ille con-sul: fustuarium meruerunt legiones quæ cõ-sulem reliquerunt: sceleratus Cæsar. Brut⁹ nefarius: qui contra consulem priuato con-

silio exercitus comparauerunt. Sin autē mi
litibus exquirendi sunt honores noui pro
pter eorum diuinum atq; immortale meritū
ducibus autem ne referri quidem potest gra
tia: quis est qui eum non hostē existimet: quē
qui armis persequuntur cōseruatores. R. P.
iudicantur? At quam contumeliosus in edi
ctis? quam Barbarus? quam rudis? Primum
in Cæsarem maledicta congessit deprompta
ex recordatione impudicitiæ & stuprorū suo
rum. Quis. n. hoc adolescente castior? Quis
modestior? Quod in iuuentute habemus illu
strius exemplū veteris sanctitatis? Quis au
tem illo maledico impurior? ignobilitatem
obijcit. C. Cęsaris filio: cuius etiamnatura
lis pater si vita suppeditasset: consul factus
esset. Aricina mater trallianam aut æphesi
nam dicere putes. Videte q̄ despiciamur om
nes qui sumus e municipijs: idest omnes pla
ne: notus enim quisq; non est. Quod autem
municipium non contemnit: is qui Aricinū
tantopere despicit? vetustate antiquissimū?
iure fœderatum? propinquitate pene finiti
mum? splendore municipū honestissimum?
hinc Voconiæ: hinc Scatiniæ leges: hic mul
tæ sellæ curules & patrū memoria & nostra.
hinc equites ro. lautissimi plurimi & hone
stissimi: sed si Aricinam vxorem non probas
cur probas Tusculanam quāq̄ huius sanctis
simæ feminæ atq; optimæ pater. M. Accius

Balbus in primis honestus Prætorius fuit: tuæ coniugis bonæ fœmine locupletis quidẽ certe Bambalio quidẽ pater homo nullo numero: nihil illo contemptius. Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemq; cordis cognomen ex contumelia traxerit. At auus huius nobilis Tuditanus nempe ille qui cum palla & cothurnis numos populo de rostris spargere solebat. Vellem hanc contemptionem pecuniæ suis reliquisset: haberetis nobilitatem generis gloriosam. Qui autẽ euenit vt Iulia natus ignobilis videatur: cũ tu eodem materno genere soleas gloriari. Quę porro amentiæ sunt: eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate: cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit vxorem: ipse ex libertini filia susceperit liberos. Sed hoc clarissimi viri viderint. L. Philippus qui habet Aricinam vxorem. C. Marcellus: qui Archinæ filiam: quos certe scio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere. Idem etiam Q. Ciceronẽ fratris mei filium cõpellat edicto: nec sentit amens commẽdationem esse cõpellationem suam. Quid.n. accidere huic adolescẽti potuit optatius quã cognosci ab hominibus Cæsaris consiliorum esse socium: Antonij furoris inimicum: At etiam gladiator ausus est scribere: hunc de patris & patrui parricidio cogitasse. O admirabilem impudentiam: audaci

am: temeritatem in eum adolescentem hæc scribere audere: quē ego & frater meus propter eius suauissimos: atq; optimos mores: præstantissimumq; ingenium certatim amamus: omnibus horis: oculis: auribus: cōplexu: tenemus? Nam in eisdē me edictis nescit lædat: an laudet. Cum idem supplicium minatur optimis ciuibus: quod ego de sceleratissimis sumpserim: laudare videtur quasi imitari velit. Cum autem illam pulcherrimam facti memoriā refricat: tum a sui similibus inuidiam aliquam in me cōmoueri putat. Sed ipse quid fecit? Cum tot edicta posuisset: edixit vt adesset senatus frequens. ad viii. Kal. Decēbris. eo die ipse non affuit. At quomodo edixit. Hæc sunt vt opinor verba in extremo. Si quis non affuerit hūc omnes existimare poterunt & interitus mei: & perditissimorum consiliorum auctorem fuisse. Quæ sunt perdita consilia: an ea quæ pertinent ad libertatem popu. roma. recuperandam? quorum consiliorum Cæsaris me auctorem & hortatorem & esse & fuisse fateor: q̄q̄ ille non eguit consilio cuiusq̄. Sed tamē (vt dicitur:) currentem incitaui. Nam interitus quidē tui quis bonus nō esset auctor: cum in eo salus & vita optimi cuiusq;: & libertas pop. Ro. dignitasq; consisterent. Sed cum tam atroci edicto nos concitauisset: cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi

& seuera? vino & epulis retentus & alea est: si epulæ potius q̃ popinę nominādæ sunt diem edicti obire neglexit: & ante diem quartum Kal. Decem. distulit: adesse in capitolio iussit: quod in templum ipse nescio qua per gallorum cuniculum ascendit. Conuenerũt corrogati quidem ampli quidem homines: sed immemores dignitatis suæ. Is n. erat dies ea fama: is impetus eius qui senatum vocarat: vt turpe senatori esset nihil timere. Ad eos tamen ipsos qui conuenerant ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare cum de eo constituisset ad Senatum referre: ascriptam attulerat Consularis quidam sententiam. Quid est aliud de eo referre non audere qui contra se Consulem exercitum duceret: nisi seipsum hostem iudicare? Necesse enim erat alterum esse hostem: nec poterat aliter de aduersarijs ducibus iudicari. Si igitur. C. Cæsar hostis. cur Cõsul nihil refert ad senatũ? Si ille a Senatu notandus nõ fuit: quid potest dicere: quin cũ de illo tacuerit: se hostem esse confessus sit? Quem in edictis Spartacum appellat: hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet. At in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandauit: quas videtur ille peracutas putare. Ego autem qui intelligeret quid dicere vellet: adhuc neminem inueni. An vlla cõtumelia est

quam facit dignus? primum quid est dignus? nã etiã malo digni multi: sicut ipse: an quã facit: is qui cum dignitate est? Quæ autẽ potest esse maior? Quid est porro facere contumeliã? Quis sic loquitur? Deinde nec timor quem denunciat inimicus: quid est ergo? Ab amico timor denũciari solet: horum similia deinceps. Nonne satius est mutũ esse q̃ quod nemo intelligat: dicere? Hem cur magister eius ex oratore arator factus sit: vt possideat in agro publico po. ro. campi Leõtini. ii. M. iugerum immunia: vt hominẽ stultũ magis etiã infatuet mercede publica. Sed hæc leuiora fortasse: illud quæro cur tam subito mansuetus in senatu fuerit cum in edictis tã fuisset ferus? Quid autem attinuerit. L. Cassio trib. pleb. fortissimo & constantissimo ciui mortem denunciare si in senatum venisset. D. Carsulenum bene de repu. sentiẽtem a senatu vi & minis mortis expellere? Tiberinum Canutiũ a quo erat honestissimis contentionibus & sepe & iure vexatus nõ templo solum: verumetiam aditu prohiberi Capitolij? Cui Sena. consul. ne intercederẽt verebatur de supplicatione credo. M. Lepidi clarissimi viri: atq; id erat periculum de cuius honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus ne eius vsitatus honos impediretur: ac ne sine causa videretur edixisse: vt senatus adesset: cum de repub. relaturus

fuisset allato nuncio de legione quarta mẽte concidit effugere festinãs. S. C. de supplicatione per discessionem fecit cum id factũ esset antea nunquam: quæ vero profectio postea: quod iter paludati: quæ vitatio oculorum: lucis: urbis: fori: quã misera fuga: quã fœda: quam turpis: præclara tamen Sena. consul: in illo ipso die vespertina prouinciarum religiosa sortitio: diuina vero opportunitas: vt quæ cuiq; apta esset: ea cuiq; obuenitet: præclare igitur facitis Trib. pleb. qui de præsidio consulum: senatusq; referatis: meritoq; vestro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus. Qui. n. carere metu & periculo possemus in tãta hominum cupiditate & audacia: Ille autem homo afflictus & perditus quæ de se expectat iudicia grauiora q̃ amicorum suorum: familiarissimus eius mihi homo coniunctus. L. Lentulus: & P. Naso omni carẽs cupiditate nullam se habere prouinciam: nullam Antonij sortitionem fuisse iudicauerũt. Quod idem fecit. L. Philippus vir auo patre moribusq; suis dignissimus. In eadem sentẽtia fuit homo summa integritate atq; innocentia. M. Anturanius: idem fecit. P. Appius: ipsi etiam qui amicitiam. M. antonij veriti plus ei tribuerunt: q̃ fortasse vellẽt. M. Piso & meus necessarius & vir & ciuis egregius pariq; innocentia. M. Vehilius senatus auctorita-

ti se obtẽperaturos esse dixerunt. Quid ego de. L. Cinna loquar? cuius spectata multis magnisq; rebus singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriam: qui omnino prouinciam neglexit: quam item magno animo & cõstanti. C. Cessedius repudiauit. Qui sunt igitur reliqui quos sors diuina delectet? L. Antoni9: &. M. Antonius? o felicem vtrumq; nihil enim maluerunt. C. antonius Macedemoniam: hunc quoq; felicem: hanc enim semper habebat in ore prouinciam. C. Caluisius africam: nihil foelicius: modo enim ex africa decesserat: & quasi diuinans se rediturum duos legatos vticæ reliquerat. Deinde. M. Ircius Siciliã Q. Cassius Hispaniam: nõ habeo quid suspicer: duarum credo prouinciarum sortes minus diuinas fuisse. O. C. Cæsarem: o adolescentem te appello: quam tu salutem reipub. attulisti? quam improuisam? quam repentinam? Quis enim hæc fugiẽs fecerit: quod faceret insequens? Etenim in concione dixerat: se custodem futurum vrbis: vsq; ad Kal. Maias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium vt aiunt lupum custos ne vrbis: an direptor & vexator esset antonius? Et quidem se introiturum in vrbem dixit: exiturumque cum vellet. Quid illud? Nonne audiente populo sedens pro ęde Castoris dixit: nisi qui vicisset victurũ nemi

nem: hodierno die primũ. P. C. longo interuallo in possessionẽ libertatis pedem ponimus: cuius quidem ego quoad potui: nõ modo defensor sed etiam conseruator fui. Cum autem id facere non possem: qui fui: nec abiecte nec sine aliqua dignitate: casum illum temporum & dolorem tuli. Hanc vero teterrimam beluam quis ferre posset: aut quomodo: quid est in Antonio præter libidinẽ: crudelitatem: petulantiam: audaciam: Ex his totus conglutinatus est: nihil apparet in eo ingenuum: nihil moderatum: nihil pudens: nihil pudicum: quapropter quoniam res in id discrimẽ adducta est vtrũ ille pœnas reip. luat: an nos seruiamus: aliquando per deos immortales. P. C. patrium animũ virtutẽq; capiamus: aut libertatem propriam Romani generis & nominis recuperemus: aut mortem seruituti anteponamus. Multa quæ in libera ciuitate ferenda non essent tulimus: & perpessi sumus: alij spe recuperandæ libertatis: alij viuẽdi nimia cupiditate. Sed si illa tulimus quæ nos necessitas ferre coegit: visq; quædam pene fatalis: quæ tamen ipsa non tulimus: etiam ne hui⁹ impuri latronis feremus teterrimum crudelissimumq; dominatum: Quid hic faciat si potuerit iratus: qui cum succensere nemini posset: omnibus bonis fuerit inimicus: Quid hic victor non audebit: qui nullam adeptus victoriam: tan

ta scelera post Cæsaris interitũ fecerit· Re·fertam eius domum exhauserit·hortos cõ·pilarit·Ad se oia ex his ornamenta transtu·lerit·Cædis & incendiorum causam quæsie·rit ex funere·duobus aut tribus Senat⁹. C. e.R.P. benefactis reliquas res ad lucrũ præ damq; reuocauerit·vendiderit·immunitate ciuitates liberauerit·prouincias vniuersas ex imperij pop.ro. iure sustulerit·exules re·duxerit·falsas leges.C.Cæsaris nomine:& falsa decreta in æs incidẽda:& in Capitolio figenda curauerit·earũq; rerum omniũ do·mesticum mercatũ instituerit·Pop.ro.leges imposuerit·Armis & præsidijs: & pop.ro.& Magistratus foro excluserit·Senatum stipa uerit armis·Armatos in cella concordiæ cũ senatũ haberet:incluserit·ad legiones Brũ dusium cucurrerit:ex his optime sentiẽtes Centuriones iugulauerit·Cum exercitu ro·mam sit ad interitum nostrum & ad disper·ditionem vrbis venire conat⁹:atq; is ab hoc impetu abstractus consilio & copijs Cæ.con sensu veteranorum:virtute legionum· Nec fortuna quidem fractus minuit audaciam: nec ruere demens nec furere desinit. In Gal liam mutilatum ducit exercitum: cũ vna le gione:& ea vacillante.L. fratrem expectat: quo neminem reperire potest sui similiorem Ille autem ex Mirmillone dux ex gladiato·re imperator quas fecit strages vbicunq; po·

posuit vestigia? Cædit greges armentorũ: reliquiq; pecoris quodcunq; nactus est: epulantur milites: ipse autem se vt fratrem imitetur obruit vino: vastantur agri: deripiuntur villæ: matresfamilias: virgines: pueri ingenui arripiuntur: militibus traduntur. Hæc eadem quacunq; exercitũ duxit fecit Antonius. his vos teterrimis fratrib⁹ portas aperietis? hos vnquam in vrbem recipietis? Nõ tempore oblato ducibus paratis: animis militum incitatis Po. roma. conspirante: italia tota ad libertatẽ recuperandam excitata: deorum immortaliũ beneficio vtemini? nullũ erit tempus hoc amisso: a tergo: a frõte: a lateribus tenetur: si in Galliã venerit: non ille armis solum: sed etiã nostris decretis vrgendus est: magna vis est: magnũ numẽ vnum & idem sentiẽtis Senatus. videtis ne refertũ forum? totũ Po. q;. ro. ad spem recuperandæ libertatis erectum? qui longo interuallo cum frequẽtes hic videt nos: tum sperat etiam liberos conuenisse: hunc ego diem expectans. M. Antonij scelerata arma vitaui: tum cũ ille in me absentẽ inuehens: nõ intelligebat ad quod tempus me & meas vires reseruarẽ. Si. n. illi tũ cædis initiũ a me quęrenti respondere voluissem: nũc. R. P. consulere non possem. Hanc vero nactus facultatem: nullum tempus. P. C. dimittã: neq; diurnum: neq; nocturnum: quin de libertate po.

to. de dignitate nostra: quod cogitandũ sit: cogitem: quod agendum sit: atq; faciendum: id non modo non recusem: sed appetam etiã atq; deposcam. Hoc feci semper dum licuit: intermisi quoad non licuit: iam non solum licet: sed necesse est etiam: nisi seruire malumus: q̃ ne seruiamus animis: armisq; decernere. Dii immortales nobis hæc præsidia dederunt. Vrbi Cęsarem: Brutum Gallię. Si. n ille vrbem opprimere potuisset statim: si galliam teneret: paulo post optimo cuiq; pereundum: reliquis esset seruiendum. Hanc igitur occasionem oblatam tenete per deos immortales. P. C. & amplissimi orbis terræ cõcilii principes vos esse aliquando recordamini. signum date. P. R. consilium vestrum non deesse. R. p. quoniã ille virtutẽ suã nõ defuturam esse profitetur. Nihil est quod moneam nemo est tã stultus: qui non intelligat si dormierimus hoc tẽpore: nõ modo crudelẽ sup-bãq; dominationẽ nobis: sed ignominiosam & flagitiosam esse ferendã. Nostis insolẽtiã Antonii: nostis amicos: nostis totã domũ libidinosis: petulãtibus: impuris: impudicis: aleatoribus: ebriis seruire: ea sũma miseria est: sũmo dedecore cõiũcta. Quod si iã quod dii omen auertãt fatũ extremũ. R. P. venit quod gladiatores nobiles faciũt: vt honeste decũbãt: faciam⁹ nos principes orbis terrarũ gentiũq; oĩm: vt cũ dignitate poti⁹ cadam⁹:

ꝙ cum ignominia seruiamus. Nihil est detestabilius dedecore: nihil fœdius seruitute: ad decus & libertatẽ nati sumus: aut hæc teneamus: aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus: quid sentiremus. Nunc iam opertum est: omnes iam patefecerũt: in vtranq; partem quid sentiant: quid velint: sunt impij ciues: sed pro charitate. R. P. nimium multi pro multitudine bene sentientium admodũ pauci: quorum opprimendorũ dij immortales incredibilem. P. romano potestatem & fortunã dederunt. Ad ea. n. præsidia quæ habemus: iam accedunt consules summa prudentia: virtute: concordia: multos menses de po. ro. libertate commentati: atq; meditati: his auctoribus & ducibus dijs iuuantibus: nobis vigilãtibus: & multum in posterum prouidentibus. P. roma. consentiente erimus profecto liberi breui tempore: iucundiorem autem faciet libertatem seruitutis recordatio. Quas ob res ꝙ Trib. pleb. verba fecerunt: vt senatus Ka. Iañ. tuto haberi: sententiæq; de summa repub. libere dici possint: de ea re ita censeo: vt. C. Pansa. Aul. Hircius Consules designati dent operam: vt Senatus Ka. Ian. tuto haberi possit quodq; edictum. D. Bruti Imperatoris Consulis designati optime de repub. meriti propositum sit senatum existimare. D. Brutum Imperatorem Consulem designatũ optime

de republica

de republica promereri: cum senatus aucto=ritatem populiq; roma. libertatem: imperi=umq; defendat. quodq; Galliam prouinciam citeriorem optimorum & fortissimorum vi=rorum amicissimorumq;. P. R. ciuium refer tam: exercitumq; in senatus potestate reti=neat: id eum: exercitumq; eius municipia co lonias prouinciæ Galliæ recte: atq; ordine: exq; repu. fecisse & facere. Senatum ad sum=mam reip. pertinere arbitrari a. D. Bruto: & ab. L. Planco Imperatoribus Cons. designa tis. Itemq; a cæteris: qui prouincias obtinēt obtinere ex lege Iulia: quoad. S. C. cuiq; eo=rum successum sit: eosq; dare operam: vt hæ prouinciæ Galliæq; exercitus in senatus po puliq; romani potestate: præsidioq; reip. sint Cumq; opera virtute consilio. C. Cæsaris: sū moq; consensu militum ueteranorũ: qui eius auctoritatem secuti reip. præsidio sunt & fu erunt: & a grauissimis periculis. P. R. defen sus sit: & hoc tempore defendatur: cumq; le=gio Martia Albæ constiterit in municipio fi delissimo & fortissimo seseq; ad senatus au=ctoritatem po. q;. ro. libertatem contulerit: ꝙ pari consilio: eademq; virtute legio quar=ta vsa. L. Egnatuleio duce ciue egregio Se=natus auctoritatem. Popu. q;. roma. liberta tem defendat: ac defenderit: senatui magnæ curæ esse: ac fore: & vt pro tantis eorum me ritis honores eis habeantur: gratiæq; refe=

rantur. Senatui placere: vt. C. Pāsa. A. Hircius consules designati: cum Magistratū inierint: si eis videbitur: primo quoque tēpore de his rebus ad hunc ordinē referant: ita vti de repub. fideq; sua censuerint.

M. T. C. in. M. Antonium ad Quirites Philippica quarta.



Requentia vestrū incredibilis: contioq; tanta Quirites: quantā meminisse non videor: & alacritatem mihi summam affert reip. defendendę: & spem recuperandę libertatis: quanquā animus mihi quidem nunquam defuit: tempora defuerunt: quę simul ac primum aliquid lucis ostēdere visa sunt: princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui: quod si ante facere conatus essem: nunc facere non possem. Hodierno enim die Quirites ne mediocrem rem actam arbitremini fundamenta sunt iacta reliquarū actionum. Nam est hostis a senatu nondum verbo appellatus: sed re iam iudicatus Antonius. Nunc vero multo sū erectior: q vos quoq; hostem illum esse tanto consensu: tantoq;

clamore approbauistis: nec enim fieri potest vt non aut ij sint impij: qui contra cõsulem exercitum comparauerũt: aut ille hostis cõtra quem iure arma suscepta sunt. Hanc igitur dubitationem: quanq̃ nulla erit: tamen ne qua posset esse: Senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar: qui. R. P. libertatẽq; vestrã suo studio: consilio: patrimonio deniq; tutatus est: & tutatur: maximis senatus laudib9 ornatus est: laudo laudo vos Quir. cũ gratissimis animis prosequimini nomẽ clarissimi adolescẽtis vel pueri potius. Sunt enim facta ei9 imortalitatis: nõ ętatis. multa memini: multa audiui: multa legi: nihil ex oim sæculorum memoria tale cognoui: qui cum seruitute præmeremur: & in dies malum cresceret: præsidij nihil haberemus: capitalem & pestiferum Brundusio. M. Antonij reditũ timeremus: hoc insperatum omnibus consilium: incognitum certe cœpit: vt exercitum inuictum ex Hispanis militibus cõduceret. Antonijq; furorem crudelissimis cõsilijs incitatum a pernicie. R. P. auerteret. Quis est enim: qui hoc non intelligat: nisi Cæsar exercitum parauisset: non sine exitio nostro futurum Antonij reditũ fuisse. Ita enim se recipiebat ardẽs odio vestri: cruẽtus sanguine ciuiũ Ro. quos Suesse: quos Brundusij occiderat: vt nihil nisi de pnicie reip. cogitaret. Quod aũt erat pręsidiũ salutis: libertatisq;

vestræ: si. C. Cæsaris fortissimorum suiq; patris militum exercitus nõ fuisset? Cuius de laudibus & honoribus: qui ei pro diuinis et immortalibus meritis diuini: immortalesq; debentur: mihi senatus assensus paulo ante decreuit: vt primo quoque tempore referretur: quo decreto quis non prospicit Antonium hostem esse iudicatum? Quem. n. appellare possumus eum: contra quem: qui exercitus ducunt: iis Senatus arbitratur singulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quæ mihi videtur diuinitꝰ ab ipso deo traxisse nomen: a quo Po. Ro. generatum accepimus? nonne ipsa suis decretis priusq̃ Senatus hostem iudicauit Antoniũ? Nã ille si non hostis: qui consulem reliquerunt: hostes necesse est iudicemus: præclare eo loco Qui. reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis: qui se ad senatꝰ auctoritatem: ad libertatem vestram: ad vniuersam. R. P. contulerunt. Hostem illũ: & latronem: & parricidam patriæ reliquerunt: nec solum id animose & fortiter: sed cõsiderate etiam: sapienterq; fecerunt. Albæ cõstiterunt in vrbe opportuna: munita: propinqua: fortissimorum virorũ fidelissimorũ ciuium: atq; optimorum. Huius Martiæ legionis legio quarta imitata virtutem duce. L. Ægnatuleio: quẽ Senatus merito paulo ante laudauit. C. Cæsaris exercitum prosecuta

est. Quæ expectas. M. Antoni iudicia grauiora? Cæsar fertur in cœlum: qui contra te exercitum comparauit. Laudantur exquisitissimis verbis legiones: quæ te reliquerũt: quæ a te accersitæ sunt: quæ tuæ essent: si te consulem quam hostem maluissent: quarum legionum fortissimum: verissimũq; iudiciũ confirmat Senatus: comprobat vniuersus popu. roma. nisi forte vos Quirites Consulem: non hostem iudicatis Antonium? Sic arbitrabar Quirites vos iudicare vt ostẽditis municipia: colonias: præfecturas. Num aliter iudicare censetis? omnes mortales vna mente consentiunt: omnia arma eorum: qui hæc salua velint: contra illam pestem esse capiẽda. Quid. D. Bruti iudicium Quir. quod ex hodierno ei⁹ edicto perspicere potuistis? Num cui tandem contemnendum videtur? Recte & vere negastis. Quir. Est enim quasi deorum immortaliũ beneficio & munere datum. R. P. Brutorum genus: & nomen ad libertatem po. ro. vel constituendam vel recuperandã: quid igitur. D. Brutus de. M. Antonio iudicauit? exclusit prouincia: exercitu obstitit. Galliam totam hortatur ad bellum ipsam sua sponte: suo quoq; iudicio excitatã Si consul Antonius. Brutus hostis. Si cõseruator reip. Brutus: hostis Antonius. Nũ igitur vtrum horum sit dubitare possumus? Atqui vt vos vna mẽte: vnaque voce dubitare

vos negatis. Sic modo decreuit Senatus. D. Brutum optime de repub. mereri: cum Sena tus auctoritatem: Populiq; ro. libertatē: im periumq; defenderit: a quo defenderit? Nē pe ab hoste: quæ est enim alia laudāda defen sio? Deinceps laudatur prouincia Gallia: meritoq; ornatur verbis amplissimis a sena tu: q resistat Antonio: quem si Consulem il la prouincia putaret: neq; eum reciperet: ma gno scelere se astringeret. Omnes. n. sub cō sulis iure: & imperio debent esse prouinciæ. Negat hoc. D. Brutus imperator consul de signatus natus. R. P. ciuis: negat Gallia: ne gat cūcta Italia: negat senat9: negatis vos. Quis igitur illū Con. nisi latrones putant? Quanquam ne ij quidem ipsi quod loquun tur: id sentiunt: nec a iudicio omnium mor talium: quamuis impij: nefarijq; sint: sicut sunt: dissentire possunt. Sed spes rapiendi: atq; prædandi occæcat animos eorum: quos non bonorum donatio: non agrorū assigna tio: nō illa infinita Pompeij hasta satiauit: qui sibi vrbem: qui bona & fortunas ciuium ad prædam proposuerunt: qui dum sit: quod rapiant: quod auferant: nihil sibi defuturū arbitrantur. Quibus. M. Antonius: o dij im mortales auertite & detestamini quæso hoc omen: vrbem se diuisurum esse promisit. Ita vero Quiri. vt præcamini veniat: quo huius amentiæ pœna in eum familiamq; eius reci-

dat: quod ita futurum esse confido. Iã enim non solum homines: sed etiam deos immortales ad remp. conseruandam arbitror consensisse. Si enim prodigijs: atque portentis dij immortales nobis futura prædicunt: ita sunt aperte denuntiata: vt & illi pœna: & libertas nobis appropinquet. Si. n. tantus cõsensus omnium sine impulsu deorũ esse non potuit: quid est: ꝙ de volũtate cælestium dubitare possimus? Reliquum est Quir. vt vos in ista sententia: quam præ vobis fertis: perseueretis. Faciam igitur vt Imperatores instructa acie solent: quanquam paratissimos milites ad præliandum videãt: vt eos tamẽ adhortentur. Sic ego vos ardẽtes & erectos ad libertatem recuperandam cohortabor. Non est: non est vobis Quiri. cum eo hoste certamen: quo cum aliqua pacis conditio esse possit. Neque enim ille seruitutem vestram vt antea: sed iam iratus sanguinem concupiscit. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor: quam cædes: quã ante oculos trucidatio ciuium. Non est vobis Qui. res cum scelerato homine atque nefario: sed cum immani tetraque belua quę quoniam in foueam incidit: obruatur. Si enim illinc emerserit: nullius supplicij crudelitas recusanda erit: sed tenetur: præmitur: vrgetur. Nunc his copijs: quas iam habemus: mox his: quas paucis diebus

de municipijs noui Consules comparabunt. Incumbite incausam Quir. vt facitis. Nũquam inter senatum & vos consensus maior in vlla causa fuit: nunquã tam vehementer cum Senatu consociati fuistis: nec mirum. Agitur enim non qua conditione victuri: sed victuri ne simus an cum supplicio: ignomini aq; perituri: quanquam mortẽ quidem omnibus natura proposuit. Crudelitatem mortis & dedecus virtus propulsare solet: quę propria est Romani generis & seminis. Hanc retinete quæso Quirites: quam vobis tanquã hæreditatẽ maiores vestri reliquerũt. Quãquam omnia alia falsa: incerta sunt: caduca mobilia. Virtus est vna altissimis defixa radicibus: quæ nũquam vlla vi labefactari potest: nullo vnquam dimoueri loco. Hac virtute maiores nostri: primũ vniuersam Italiam deuicerunt. Deinceps Carthaginem exciderunt. Numantiam euerterunt: potentissimos reges: bellicosissimas gentes in ditionẽ huius Imperij redegerunt. Ac maioribus quidem vestris Quiri. cum eo hoste res erat: qui haberet. R. P. curiam: ęrariũ: cõsensum & concordiam ciuium: rationem aliquã si res ita tulisset pacis & fœderis. hic vester hostis vestram remp. oppugnat: Ipse habet nullam. Senatum idest orbis terræ consiliũ delere gestit: Ipse consilium publicum nullum habet. ærarium vestrum exhausit: suum

non habet. Nam concordiam ciuium qui habere potest: nullam qui habeat ciuitatẽ? pacis vero quæ potest cum eo esse ratio: in quo est incredibilis crudelitas: fides nulla? Est igitur Quir. po. Ro. victori omniũ gentium omne certamẽ cum excursore: cum latrone: cum Spartaco Nam ꝙ se similem Catilinę esse gloriari solet: scelere par est: belli industria inferior. Ille cum exercitum nullũ haberet: repente conflauit: Hic eũ ipsum exercitum: quem accepit: amisit. Vt igitur Catilinam diligentia mea: Senatus auctoritate: vestro studio & virtute fregistis: sic Antonij nefarium latrocinium vestra cũ Senatu concordia tanta: quanta nunquam fuit: fœlicitate & virtute exercituum: ducumq; vestrorum breui tẽpore oppressum esse audietis. Equidem quantum cura: labore: vigilijs: auctoritate: consilio eniti: atq; efficere potero: nihil prætermittam quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor. Neq; enim id pro vestris in me amplissimis beneficijs sine scelere facere possum. Hodierno autẽ die primũ referẽte viro fortissimo vobisq; amicissimo M. hoc Seruilio collegisq; eius ornatissimis viris: optimis ciuibus longo interuallo me auctore & principe ad spem libertatis exarsimus.

M. T. C. in. M. Antonium
Philippica Quinta.



Ihil vnq̃ longius Kalẽ. Ian. mihi visum est. P. C. quod idem intelligebam per hos dies vnicuiq; vestrum videri. Qui enim bellum cum. R. P. gerunt hunc diem nõ expectant. Nos autem tũ cum maxime cõsilio vestro subuenire communi saluti oporteret: in senatum conuocabamur. Sed querelã preteritorum dierum sustulit oratio Consulum: qui ita locuti sunt: vt magis exoptatæ Kal. Ian. q̃ seræ esse videantur: atq; vt oratio Cõsulum animum meũ erexit: spemq; attulit: non modo salutis conseruandæ: verum etiã dignitatis pristinę recuperandę. Sic me perturbasset eius sententia: qui primus rogat⁹ est: nisi vestrę virtuti constantięq; cõsiderẽ. Hic enim nobis. P. C. dies illuxit: hęc potestas data est: vt quantum grauitatis in hui⁹ ordinis consilio esset po. Ro. declarare possetis. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit: quantus consensus vestrũ: quanta virtus: quanta constantia: quantam sitis a repub. laudem: quantam gloriam gratiamq; consecuti. Atq; illo die. P. C. ea constituistis: vt vobis nihil iam sit integrum: nisi aut honesta pax: aut bellum necessarium: Pacem vult. M. Antonius: arma ponat: ro-

get: deprecetur: neminem equiorem me repe-
riet: quanquam dum se ciuibus impijs com-
mēdat: inimicus esse: quam amicus mauult.
Nihil est profecto quod dari possit: bellum
gerenti: erit fortasse aliquid: quod concedi
possit roganti. Legatos vero ad eum mitte-
re: de quo grauissimum iudicium nudius ter
tius decimus fecistis: non iam leuitatis est:
sed vt quod sentio: dicam: dementiæ. primū
enim eos duces laudauistis/qui contra illum
bellum priuato consilio suscepissent. Dein-
de milites veteranos: qui cum ab Antonio
in Colonias essent deducti/illius beneficio
libertatem populi Romani anteposuerunt.
Quid legio Martia? Quid quarta? cur lau-
dantur? Atqui cum Consules: nondum ha-
beretis: decreuistis: vt & de præmijs militum
& de honoribus Imperatorum/primo quo-
que tempore referretur. Placet eodem tem
pore premia constituere ijs qui contra An-
tonium arma ceperunt/& legatos ad Anto-
nium mittere? vt iam pudendum sit/hone-
stiora esse legionum decreta/quam senatus.
Siquidem legiones decreuerunt senatū de-
fendere contra. M. Antonium. Senatus de-
creuit legatos ad antonium mittere. V-
trum hoc est confirmare militum animos?
an debilitare virtutem? Hoc dies duode-
cim profecerunt/vt quem nemo præter Coty
lam meū inuentus sit: qui defenderet/is ha

bebat iam patronos etiā consulares: qui vtinam omnes ante me sententiā rogarentur: q̄q̄ suspicor quid dicturi sunt quidā eorum: qui post me rogabuntur: facilius contra dicerem: si quid videretur. Est. n. opinio decreturum aliquem. M. Antonio illā vltimam Galliā quā Plācus obtinet. Quid hoc aliud est: quam ad bellū ciuile hosti arma largiri? Primum neruos belli pecuniā infinitā qua nunc eget: deinde equitatum quātum velit: equitatum dico. Dubitabit credo gētes barbaras secum adducere? hoc qui non videt excors: qui cum videt decernit impius. Tu ciuem sceleratum & perditū gallorū & germanorum exercitū pecunia peditatu equitatū copijs: instrues? Nullæ istę excusationes sūt meus amicus est: sit patriæ prius: me⁹ cognatus: an potest cognatio vlla propior eē: quā patriæ: in qua etiam parentes continentur? Mihi pecuniam attribuit: cupio videre quid audeat dicere? quid autem agatur: cum aperuero: facile erit statuere quam sententiam dicatis aut quā sequamini. Agitur vtrū. M. Antonio facultas detur opprimendæ. R. P. cędis faciendæ: bonorū diripiendorū: vrbes agros: suis latronibus condonandi po. Ro. seruitute opprimendi: An horum nihil facere ei liceat. Dubitate quid agatis: at non cadunt hæc in antoniū? hæc nę Cotyla quidē dicere auderet. Quid. n. in eū non cadit? qui

cuius acta se defendere dicit: eius eas leges peruertit: quas maxime laudare poteram. Ille paludes siccare voluit. Hic omnẽ Italiam moderato homini. L. antonio diuidendã dedit: quid hanc legẽ pop. ro. accepit? Quid per auspicia ferri potuit? sed augur verecundus sine collegis de auspicijs non interpretaretur: q̃q̃ illa auspicia nõ egẽt interpretatione augurum. Ioue. n. tonante cum po. ro. agi non esse fas: quis ignorat? Trib. pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris ille biennij isti sexennij. Num etiam hanc legem po. ro. accepit? Quid promulgata fuit? quid nonne ante lata q̃ scripta? nonne ante factum videmus: q̃ futuram quisq̃ est suspicatus? Vbi lex Cæcilia & Didia? Vbi promulgatio: trinũdinum? Vbi pœnæ recẽti lege Iunia & licinia? possunt ne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum? & cui potestas in forum introeundi fuit? Quæ porro illa tonitrua? quę tempestas? Aut si auspicia: M. antonium non mouerẽt: sustinere eũ aut ferre posse tantam vim tempestatis hymbris ac turbinũ mirum videretur? Quam legem igitur se augur dicit tulisse: non modo tonãte Ioue: sed prope celesti clamore prohibẽte? Hanc dubitabit contra auspicia latã confiteri? Quid quod cũ eo collega tulit: quẽ ipse fecit sua nũciatione vitiosum? Nihil ne ad auspicia bonus augur arbitratus est pertine

te? sed auspiciorũ nos fortasse erim⁹ interp̃tes q sumus ei⁹ college. Nũ etiã armoꝝ interpretes quærimus? Primũ omnes fori aditus ita septi: vt etiam si nemo obstaret armatus: tamẽ nisi septis reuulsis introiri in forum nullo modo posset: sic vero erant disposita præsidia: vt quomodo aditus hostis prohibetur castellis & aggeribus: ita ab ingressione fori populum Tribu. q̃z. pleb. propulsari videres. Quibus de causis eas leges: quas Mar. Antonius tulisse dicitur: omnes censeo per vim & contra auspicia latas: hisque legibus popu. roma. non teneri. Si quã legem de actis Cæsaris confirmandis: deue dictatura in perpetuum tollenda deue coloniis in agros deducendis tulisse. Mar. Antonius dicitur: easdem leges de integro: vt populum teneant: saluis auspiciis ferre placet: quamuis ergo bonas leges vitiose per vimq́z tulerit: tamẽ eę leges non sunt habendæ. Omnisq́z audacia gladiatoris amẽtis auctoritate nostra repudianda est. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferẽda nullo modo est: per quam septies milies falsis perscriptionibus donationibusq́z vertit: vt portẽti simile videatur: tantam pecuniã Po. Ro. tã breui tempore perire potuisse. Quid illi immunes quęstus? ferendi ne? Quos. M. Antonii tota exhausit domus: decreta falsa vendebat: regna: ciuitates: immunitates in æs

accepta pecunia iubebat incidi. Hęc se ex cō mentarijs Cæsaris: quorum ipse auctor erat agere dicebat. In interiore ædium parte: totius reip. nundinæ: mulier sibi fœlicior quã vir auctionem prouinciarum regnorumq; faciebat. Restituebantur exules quasi lege: sine lege: quæ nisi auctoritate senatus rescindantur: quoniam ingressi in spem reip. recuperãdę sumus: imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Neq; solum commentarijs cōmenticijs chirographisq; venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domũ est. Cumq; vendebat Antonius ea se ex actis Cæsaris agere diceret: sed senatus etiam cōsulta pecunia accepta falsa referebat. Syngraphæ obsignabantur. S.C. tanquam facta ad ærarium referebantur. Huius turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes: fœdera interea facta: regna data: populi prouinciæq; liberatæ: earũ rerum falsæ tabulæ gemẽte po. Ro. toto capitolio figebãtur. Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata est: vt si hoc genus in vnũ redigatur: non sit pecunia. R.p. defutura. Is etiã legẽ iudiciariã tulit: homo cast⁹ atq; integer iudicioꝝ & iuris auctor: in quo nos fefellit. Antesignanos & Manipulares & Alaudas iudices se cōstituisse dicebat. At ille legit aleatores, legit exules: legit grecos. O cōsessum iudicũ præclarum: o dignitatem consilij admirandam.

Pauet animus apud illum cõsilium pro reo dicere. Cydam Cretẽsem portentum insulæ hominẽ audacissimum & perditissimum: sed fac ita non esse. Num latine scit? num ex iudicum genere & forma? nũ leges nostras mores ue nouit? num deniq; homines? Est. n. vobis Creta notior: q̃ Roma Cydæ Delect⁹ autẽ & notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet. Cortynium vero Iudicem quis nouit? aut quis nosse potuit? Nam Lysiadẽ atheniensem pleriq; nouimus. Est. n. phedri philosophi nobilis filius: homo præterea festiuus: vt ei cum. M. Curio consessore eodem & collusore facillime possit conuenire. Quęro igitur si Lysiades citatus iudex nõ respõderit: excuseturq; areopagites esse nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare: accipiet ne excusationẽ is qui quæstioni præerit? Græculi iudicis modo palliati modo togati? an Atheniensiũ antiquissimas leges negliget? Qui porro ille consessus dij boni? Cretensis iudex: isq; nequissimus quẽadmodum ad hũc reus alleget? quomodo accedatur: dura natio est: at athenienses misericordes: puto ne Curium quidem esse crudelem: qui quotidie periculum fortunę faciat. Sunt item lecti iudices: qui fortasse excusabuntur: habent enim legitimam excusationẽ: exilij causa solum vertisse: nec esse postea restitutos. Hos ille demẽs Iudices legisset. Horum

set. Horum nomina ad ærarium detulisset. His magnam partem. R. P. credidisset: si vl lam speciem. R. P. cogitauisset: atq; ego de notis iudicibus dixi: quos minus nostis: no lui nominare. Saltatores: Citharistas: totũ deniq; comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse colle ctum. Hæc causa cur lex tam egregia tamq; præclara maximo imbri: tempestate: vẽtis: procellis: turbinibus inter fulmina & toni trua ferret: vt eos Iudices haberemus: quos socios ad epulas hospites habere nemo ve lit. Scelerum magnitudo: consciẽtia male ficiorum: direptio eius pecuniæ cuius ratio in ęde opis confecta est: hãc tertiam decuri am excogitauit: nec ãte turpes iudices quę siti: q̃ honestis iudicibus nocẽtium salus de sperata est: sed illud os: illam impuritatẽ cœ ni fecissent: vt hos Iudices legere auderet: quorum lectiõe duplex imprimeretur. R. P. dedecus. Vnum q; tam turpes iudices essẽt. Alterum q; patefactum cognitumq; esset quã multos in ciuitate turpes haberemus. Hanc ergo & reliquas eiusmodi leges etiam si sine vi saluis auspicijs essent rogatę: censerẽ ta men abrogandas. Nunc vero cur non abro gandas censeam: quas iudico non rogatas. An illa non grauissimis ignominijs: monu mẽtisq; huius ordinis ad posteritatis memo riam sunt notanda: q; vnus. M. Antonius in

hac vrbe post conditam vrbē palam secū ha
buit armatos? quod neq; reges fecerūt: neq;
ij qui regibus exactis regnum occupare vo-
luerūt. Cinnam memini: vidi Syllam: modo
Cęsarem. Hi enim tres post ciuitatem a. L.
Bruto liberatam plus potuerunt: q̄ vniuer-
sa respu. Non possum affirmare nullis telis
eos stipatos fuisse. hoc dico: nec multis & oc
cultis: at hanc pestem agmen armatorū se-
quebatur. Classitius mustela Tyro gladios
ostentantes sui similes greges ducebant per
forum: certum agminis locū tenebant bar-
bari sagittarij. Cum autem erat ventum ad
ędem concordię: gradus cōplebantur: lecti-
cę collocabantur: non q; ille scuta vellet oc
culta esse: sed ne familiares si scuta ipsi fer-
rent laborarent. Illud vero teterrimum au-
ditu non modo aspectu: in cella cōcordię col
locari armatos latrones sicarios: e templo
carcerē fieri. opertis valuis concordię cum
inter subsellia senatus versarētur latrones
p.C. sententias dicere? Huc etiā nisi venirē
Kalē. Septem. fabros se missurum: & domū
meā disturbaturū esse dixit: magna res cre-
do agebatur: de supplicatione referebatur.
Veni postridie: ipse non venit: locutus sū de
repub. minus equidē libere q̄ mea consuetu
do: liberius tamē quā pericula minęq; postu
labant. At ille homo vehemens & violentus
qui hanc consuetudinē libere dicendi exclu

deret (fecerat enim hoc idem maxima cum laude. L. piso. xxx. diebus ante me) inimicitias mihi denuntiauit. adesse in senatu iussit ad. xiij. Kalē. Octobris. Ipse interea decem & septem dies: vt digestio potius quam declamatio videretur: de me in Tyburtino Scipionis declamitauit sitim quęrens. Hęc enim ei causa esse solet declamandi Cum is dies quo me adesse iusserat: venisset: tum vero agmine quadrato in ędem cōcordie venit: atque in me absentem orationē ore impurissimo euomuit: quo die si per amicos mihi cupienti in senatum venire licuisset: cædis initium fecisset a me. Sic enim statuerat. Cū autem semel gladium scelere imbuisset: nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio & satietas attulisset. Etenim aderat. L. frater gladiator Asiaticus: qui Myrmillo milasis depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat: suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Hic pecunias vestras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas & rusticas: huius mendicitas auiditati coiuncta in fortunas vestras imminebat: diuidebat agros: quibus & quos volebat: nullus aditus erat priuato: nulla æquitatis deprecatio: tantum quisque habebat possessor: quātū reliquerat diuisor Antonius. Quæ quāquam si leges irritas feceritis: rata esse non possunt: tamen separatim suo nomine

notanda esse censeo: iudicandũq; nullos septemuiros fuisse: nihil placere ratum esse: quod elegissent: aut quod ab his actum diceretur. M. vero Antonium: quis est: qui ciuem possit iudicare potius: q̃ teterrimum & crudelissimum hostem? Qui pro æde Castoris sedens: audiente. P. R. dixerit. Nisi victorem victurum neminem: Num putatis. P. C. dixisse eum minacius q̃ facturum fuisse? Quid vero quod in concione dicere ausus est: se cũ magistratu abisset: ad vrbem venturum cum exercitu: introiturum quotiẽscunq; vellet? Quid erat aliud nisi denuntiare. P. R. seruitutem? Quod autem eius iter Brundusium? Quæ festinatio? Quæ spes? nisi vt ad vrbem potius exercitum maximũ adduceret? Qui autem delectus centurionum? Quæ effrenatio impotẽtis animi? Cum eius promissis legiones fortissimæ reclamassent: domum ad se venire iussit Cẽturiones: quos bene de repub. sentire cognouerat: eosq; ãte pedes suos: vxorisq; suæ quam secum grauis imperator ad exercitum duxerat: iugulari coegit. Quo animo hunc censetis futurum in nos: quos oderat? cum in eos: quos nunquam viderat: tam crudelis fuisset: & quam auidum in pecunijs locupletum: qui pauperũ sãguinem concupiscet: quorũ ipsorum bona: quãtacunq; erant: statim suis comitibus: cõpotoribusq; descripsit: atq; ille furẽs infesta iã

patriæ signa Brundusio inferebat: cum Cæsar deorum immortalium beneficio diuini animi: ingenij: consilij magnitudine cũ sua sponte: eximiaq; virtute tum approbatione auctoritatis meæ colonias patris adijt: veteranos milites cõuocauit. Paucis dieb⁹ exercitum fecit: incitatos latronis impetus retardauit. Postea vero q̃ legio Martia Ducẽ præstantissimum vidit: nihil egit aliud: nisi vt aliquãdo liberi essemus: quam est imitata quarta legio. Quo ille nũtio audito: cum Senatum vocasset: adhibuissetq; cõsulatem: qui sua sententia. C. Cæsarem hostẽ iudicaret: repente concidit. Post autẽ neq; sacrificijs solemnibus factis: neq; votis nuncupatis nõ profectus est: sed profugit paludat⁹. At quo? in prouinciam firmissimorũ & fortissimorũ ciuium: qui illum ne si ita quidem venisset: vt nullum bellũ inferret: ferre potuissent: impotentem/iracundum/contumeliosum/superbum/semper poscẽtem/semper rapientem/semper ebriũ. at ille cuius ne pacatam quidem nequitiã quisquam ferre posset: bellum intulit prouinciæ Gallię. Circũsedit Mutinam firmissimã & splendidissimã P. R. Coloniam. oppugnat. D. Brutum imperatorem: consulem designatũ: ciuẽ non sibi sed nobis & reip. natum. Ergo Hannibal hostis: ciuis Antoni⁹? quid ille fecit hostiliter: quod hic aut non fecerit/aut nõ faciat: aut

non moliatur: & cogitet? Totum iter Antonij quid habuit: nisi depopulationes? vastationes? cædes? rapinas? Quæ non faciebat Hannibal: quia multa ad vsum reseruabat. Hęc ij qui in horam viuerent: non modo de fortunis: & de bonis ciuium: sed ne de vtilitate quidem sua cogitauerunt. Ad hũc dij boni legatos mitti placet? norunt isti homines formam rei publice? iura belli? exempla maiorum? cogitant quid. P. R. maiestas quid senatus seueritas postulet? Legatos decernitis: si vt deprecentur: contemnet. si vt imperetis non audiet: deniq; q̃uis seuera legatis mandata dederimus: nomen ipsum Legatorum: hũc quem vidimus restinguet ardorem municipiorum: atq; Italię frãget animos: vt omittam hęc: quę magna sunt: certe ista legatio moram & tarditatem afferet bello. Quamuis dicãt: quod quosdam audio dicturos: legati proficiscantur: bellũ nihilominus paretur: tamen legatorũ nomen ipsum & animos molliet: & belli celeritatem morabitur. Minimis momentis. P. C. maxime inclinationes temporum fiunt. Cum in omni casu reipu tũ in bello: & maxime ciuili: quod opinione plerumq; & fama gubernatur. Nemo quęret quibus cum mandatis legatos miserimus; nomen ipsum legationis vltro missæ timoris esse signum videbitur. Recedat a Mutina: desinat oppugnare Bru

tum:decedat ex Gallia.non est verbis rogãdus:cogendus est armis. Non enim ad Hannibalem mittimus:vt a Sagũto recedat:ad quẽ miserat olim Senatus.P.Valeriũ Flaccum:&.Q.Bebium Pamphilum:qui si Hannibal non pareret:Carthaginẽ ire iussi sunt Nostros legatos quo iubebimus ire:si nõ paruerit Antonius?Ad nostrũ ciuẽ mittimus:ne imperatorẽ:ne Coloniã reipu. oppugnet. Ita ne vero hoc per legatos rogandus est? Quid interest per deos immortales : vtrum hanc vrbẽ oppugnet:an huius vrbis propugnaculũ:coloniãq;.P.R.pręsidij causa collocatã?Belli punici secundi:quod cõtra maiores nostros Hannibal gessit:causa fuit Sagunti oppugnatio.Recte ad eũ legati missi. mittebantur ad Penũ:mittebãtur pro Hannibale hostibus nostris:& socijs.Quid simile tandem?Nos ad ciuẽ mittemus:ne imperatorẽ pop.ro.ne exercitũ:ne coloniã circũsedeat:ne oppugnet:ne agros depopuletur? ne sit hostis?Age si paruerit:hoc ciue vti aut volumus:aut possumus?Ante diẽ.xiii.Kal. Iañ.decretis vestris eũ cõcidistis/cõstituistis vt hęc ad vos Ka.Iañ.referrẽtur:quę referri videtis:de honoribus & pręmijs bene de rep.meritorũ & merentiũ:quorũ principẽ iudicauistis eũ:qui fuit.C.Cęsarẽ:qui.M.Antonij impetus nepharios ad vrbẽ in Galliã vertit:deinde milites veteranos : qui primi

Cæsarem secuti sunt, tum illas cœlestes: diuinasq; legiones Martiam & quartã, quibus cum consulem suum nõ modo reliquissent: sed bello etiam persequerentur: honores & præmia spopondistis: eodemq; die. D. Bruti præstãtissimi ciuis edicto allato: atq; proposito factum eius collaudauistis: quodq; ille bellũ priuato cõsilio susceperat: id vos auctoritate publica comprobauistis. Quid igitur illo die aliud egistis: nisi vt re hostem iudicaretis Antoniũ? His vestris decretis: aut ille vos æquo animo aspicere poterit? aut vos illum sine dolore summo videbitis? Exclusit illum a. R. P. distraxit: segregauit nõ solum scelus illius: sed etiam: vt mihi videtur: fortuna quędã reipub. qui si legatis paruerit: Romamq; redierit: num quãdo perditis ciuibus vexillum quo concurrãt defuturum putatis? Sed hæc minus vereor: sunt alia: ob quę magis nunquam parebit ille legatis. Noui hominis insaniã: arrogantiã: noui perdita cõsilia amicorũ: quibus ille est deditus. Lucius quidem frater eius vtpote: qui peregre depugnauit: familiã deducit si per seipse sanus: quod nũquam erit: per hos esse tamen ei non licebit. Teretur interea tẽpus: belli apparatus refrigescent. Vnde est adhuc bellum nisi ex retardatione & mora? Vt primum post discessum latronis: vel potius desperatam fugam libere senatus habe

ri potuit: semper flagitaui: vt cōuocaremur: quo die primum conuocati sumus: cum desi- gnati consules non adessent: ieci sententia mea maximo vestro consensu fundamenta. R. P. serius omnino quam decuit: nec enim ante potui. Sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset: bellū profecto nul- lum haberemus. Omne malum nascēs faci- le opprimitur: inueteratum fit plerumq; ro- bustius. Sed tum expectabantur Kal. Ianu. fortasse non recte. Verum prateterita omitta- mus. Etiam ne hāc moram afferamus: dum proficiscātur Legati: dum reuertantur: quo rum expectatio dubitationem belli afferet. bello autem dubio quod potest studium esse delectus? Quamobrem. P. C. Legatorum mē tionem nullam censeo faciendam: rem admi nistrandam arbitror: sine vlla mora: & con- festim gerendam censeo: tumultum decerni: iustitiū indici. Saga sumi dico oportere: de- lectum haberi: sublatis vacationibus in vr- be: & in Italia praeter Galliam totam. Quae si erunt facta: opinio ipsa: & fama vestrę se- ueritatis obruet scelerati gladiatoris amen tiam. Sentiet sibi bellum cum. R. P. esse su sceptum. Experietur consentientis Senat⁹ neruos: atq; vires. Nam nunc quidem par- tium contentionē esse dictitat: quarum par- tium alteri victi sunt: alteri sunt in mediis. C. Caesaris partibus. Nisi forte Cęsaris par

tes a Pansa; & Hircio consu. & a filio. C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc vero bellum non ex dissensione partium: sed ex nefaria spe perditissimorum ciuiũ excitatũ: quibus bona: fortunæq; nostrę nota sunt: & iã ad cuiusq; opinionem distributę. Legi epistolã Antonij: quam ad quendã. P. Septimiũ capitalem hominẽ collegã suum miserat. Quid cõcupiscas tu videris: quod concupiueris certe habebis. Hem ad quem legatos mittam? cui bellũ moremur inferre? qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit: sed libidini cuiusq; nos ita addixit: vt ne sibi quidẽ quicquam integrũ: quod nõ alicui promissum iã sit reliquerit. Cum hoc. P. C. bello inquam certandum est: idq; confestim: legatorum tarditas repudianda est. Quapropter ne multa nobis quotidie decernenda sint: consulibus totam. R. P. committendam censeo: ijsq; permittendũ vt remp. defendant: prouideantq; ne quid respub. detrimenti accipiat. cẽseoq; vt ijs: qui in exercitu Antonij sunt: ne sit ea res fraudi: si ãte Kal. feb. ab eo discesserint. Hęc si censueritis. P. C. breui tẽpore libertatẽ reip. auctoritatemq; vestrã recuperabitis. Si autem lenius agetis: tamen eadẽ: sed fortasse serius decernetis de. R. P. quoad retulistis: satis decreuisse videor. Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententi-

fs rogandis seruari solet: eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur cõsule design. more maiorum capiamus exordium: cuius vt superiora omittã: quę sunt maxima illa quidem: sed adhuc hominũ magis iudicijs: q̃ publice laudata: quibus nam verbis eius laudes huius ipsius temporis cõsequi possumus? Neq; enim vllam mercedem tanta virtus: pręter hãc laudis glorięq; desyderat: qua etiam si careat: tamẽ sit seipsa contenta: quanquam in memoria gratorum ciuium: tanquã in luce posita lętetur. Laus igitur iudicij testimonijq; vestri tribuenda Bruto est. Quamobrem his verbis. P.C. Senatus. C. faciendum cẽseo. Cum. D. Brutus Impe. consu. designa. prouinciam Galliã in Senatus. P. q;. Ro. potestate teneat: cũq; exercitum tantum tam breui tempore: summo studio municipiorum: coloniarũq; prouinciæ Gallię optime de repub. meritę: metentisq; conscripserit comparatit: id eum recte & ordine exq;. R. P. fecisse: idq; D. Bruti prestantissimum meritũ in Rẽp. Senatui po. q;. ro. gratum esse: & fore itaq; Senatum popu. q;. roma. existimare. D. Bruti Imperatoris Cos. designa. opera/consilio/virtute/incredibiliq; studio & consensu: prouincię Galliæ Reipub. difficillimo tempore esse subuentum. Huic tanto merito Bruti. P.C. tantoq; in. R. P. quis est tantus honos: qui non de-

beatur? Nam si. M. Antonio patuisset Gallia: si oppressis municipijs: & colonijs imparatis: in illam vltimã Galliã penetrare potuisset. Quantus reip. terror impẽderet? dubitaret credo homo amentissimus: atq; omnibus consilijs pręceps & deuius: nõ solũ cũ exercitu suo: sed etiam cum omni immanitate Barbariæ bellũ inferre nobis. Vt eius furorem: ne alpium quidẽ muro cohibere possemus. Hæc igitur habẽda gratia est. D. Bruto: qui illum nõdum interposita auctoritate vestra suo consilio: atq; iudicio: non vt cõsulem recepit: sed vt hostem arcuit. Galliam seq; obsideri: q̃ hanc vrbem maluit. Habeat ergo huius tanti facti: tamq; pręclari decreto vestro testimoniũ sempiternum. Galliaq; quæ semper præsidet: atq; præsedit huic imperio: libertatiq; cõmuni: merito vereq; laudetur: q̃ se suaiq; vires non tradidit sed opposuit. Atq; etiam. M. Lepido pro eius egregijs in rempub. meritis decernendos honores q̃ amplissimos cẽseo. Semper ille populum Ro. liberũ esse voluit: maximũq; signũ illo die dedit voluntatis & iudicij sui: cum Antonio diadema Cæsari imponẽte se auertit: gemituq; & mœsticia declarauit q̃tũ haberet odium seruitutis: q̃ po. ro. liberũ cuperet: q̃ illa quę tulerat temporum magis necessitate: q̃ iudicio tulisset. Quanta vero is moderatione vsus sit: in illo tempore ciuita

tis: quod post mortem Cæsaris cõsecutũ est? quis nostrũ obliuisci potest? magna hęc: sed ad maiora properat oratio. Quid enim o dij immortales admirabilius omnibus gẽtibus quid optatius po. Ro. accidere potuit: q̃ cũ bellum ciuile maximũ esset: cuius belli exitum omnes timeremus: sapientia & iam id potius extingui q̃ armis & ferro rẽ id discrimen adducere? Quod si eadẽ ratio Cæsaris fuisset: in illo tetro miseroq; bello: vt omittam patrem: duos Cn. Põpeij summi & singularis viri filios icolumes haberem': quibus certe pietas fraudi esse nõ debet. Vtinã omnes. M. Lepidus seruare potuisset: facturum fuisse declarauit: in eo quod potuit: cũ Sex. Pompeiũ restituit ciuitati maximũ ornamentum. R. P. clarissimum monumẽtum clementię suę. Grauis illa fortuna po. Ro. graue fatum. Pompeio enim patre quod imperij po. Ro. lumen fuit: extincto: interfect' est patris simillimus filius. Sed omnia mihi facta videntur deorum immortaliũ iudicio & pietate. Sex Pompeio. R. P. conseruato. Quam ob causam iustam atq; magnam: & q, periculosissimũ ciuile bellum maximũq; humanitate & sapiẽtia sua. M. Lepidus ad pacem concordiamq; cõuertit. S. Con. his verbis censeo perscribendũ: cum a. M. Lepido: Impe. pontifi. Maxi. Sępenumero respub. & bene & foeliciter gesta sit: populusq; rom.

intellexerit ei dominatum Regium maxime displicere. Cunq; eius opera virtute cõsilio singulariq; clementia & mansuetudine bellum acerbissimũ ciuile sit restinctũ. Sextusq; Pompeius: Cn. F. Magnus huius ordinis auctoritate ab armis discesserit: & a M. Lepido Impe. Ponti. Maxi. summa Senatus: populiq; Romani volũtate ciuitati restitutus sit Senatum pop. q;. Romanũ pro maximis plurimisq; in remp. M. Lepidi meritis: magnam spem in eius virtute/auctoritate/ felicitate reponere: ocij pacis concordiæ libertatis: eiusq; in rempu. meritorũ Senatũ populũq; Roma. memorẽ fore. Eiq; statuam equestrẽ inauratam in rostris aut quo alio loco in foro vellet: ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos. P. C. mihi maximus videtur. primum quia iustus est: non enim solũ datur propter spem temporum reliquorum: sed pro ãplissimis meritis redditur. Nec vero cuiq̃ possumus commemorare hũc honorem a Senatu tributum iudicio Senatus soluto & libero. Venio ad. C. Cęsarẽ. p. C. qui nisi fuisset: quis nostrum esse potuisset? Aduolabat ad vrbem a Brundusio homo impotẽtissim⁹: ardẽs odio: & animo hostili: in omnis bonos cum exercitu Antonius. Quid huius audacię & sceleri poterat opponi? nõdũ vllos duces habebamus: nõ copias: nullum erat consilium publicum: nulla libertas: dã

dę ceruices erãt crudelitati nefarię: fugam quęrebamus omnes: quę ipsa exitum nõ habebat. Quis tum nobis: quis popu. Roma. obtulit hunc diuinum adolescentem deus: qui cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi ciui paterẽt: subito pręter spem omnium exortus prius confecit exercitum: quẽ furori M. Antonij opponeret: q̃ quisquam hoc eum cogitare suspicaretur. Magni honores habiti Cn. Pompeio cum esset adolescens: & quidem iure: subuenit enim Reipu. sed ętate multo robustior: & militum ducem quęrentium studio paratior: & in alio genere belli. Nõ enim omnibus Syllæ causa grata declarat multitudo proscriptorum: tot municipiorum maximę calamitates. Cæsar autem annis multis iunior veteranos cupiẽtes iam requiescere armauit: eam complexus est causam: quę esset Senatui: quæ populo: quæ cunctæ Italiæ: quæ dijs omnibus gratissima. Et Pompeius ad. L. Syllæ maximum Imperium: victoremque exercitum accessit. Cæsar se ad neminem adiunxit: ipse princeps exercitus faciendi & præsidii comparandi fuit. Ille in aduersariorum partibus agrum picenum habuit munitum. Hic ex Antonij amicis: sed amicioribus libertati contra Antonium confecit exercitum: illius opibus Sylla regnauit: huius pręsidio Antonij dominatus oppres-

sus est. Demus igitur Imperium Cęsari: sine quo res militaris administrari: teneri exercitus: bellum geri non potest: & pro po. Ro. eo iure quo cuiq; optimo: qui honos/ quãquam est magnus illi ętati: tamen ad necessitatem rerum gerẽdarũ non solum ad dignitatẽ valet. Itaq; illa quęram⁹ quę vix hodierno die cõsequemur: sed sępe spero fore huius adolescentis hortandi honorandiq; & nobis: & po. Ro. potestatem. Hoc autem tempore ita censeo decernendum: q̄ C. Cęsar. C. F. Pontifex proprętor summo reip. tẽpore milites & veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit: eosq; conscripserit: quodq; legio Martia: Quartaq; summo studio optimoq; in rempu. consensu. C. Cęsare duce & auctore remp. libertatẽ po. Ro. defendant: defẽderint: & quod. C. Cæsar proprętor Gallię prouincię cũ exercitu subsidio profectus sit: equites: sagittarios: elephãtos: in suam populiq; Ro. potestatem redegerit: difficillimoq;. R. P. tempore saluti dignitatiq; populi ro. subuenerit. Ob eas causas senatui placere. C. Cęsarem. C. F. pontificem proprętorem senatorem esse: sententiã q; loco Pr. dicere: eiusq; honoris rationem quemcunq; appetet ita haberi: prout haberi lege liceret: si anno superiore Quęstor fuisset. Quid est. n. p. C. cur eum non q̄primũ amplissimos honores capere cupiamus. Legibus. n. annalibus

cum grandiorem ętatem ad consulatum cō-
stituebant: adolescentię temeritatem vere-
bantur. C. Cæsar ineūte ętate docuit ab ex-
cellēti eximiaq; virtute progressū ętatis ex-
pectari nō oportere. Itaq; maiores nostri ve-
teres illi admodum antiquas leges annales
non habebant: quas multis post annis attu-
lit ambitio: vt gradus essent petitiōis inter
æquales. Ita sæpe magna indoles virtutis
priusq̄ reipu. prodesse potuisset: extincta fu
it. At vero apud āntiquos Rulli: Decij: Cor-
uini: multiq; alij: recentiore autē memoria
superior Africanus. T. Flaminius admodū
adolescētes consules facti tantas res gesse-
runt: vt po. ro. imperium auxerint: nomē or
nauerint. Quid Macedo Alexander cum ab
ineunte ętate res maximas gerere cepisset:
nonne tertio & trigesimo anno mortē obijt:
quę est ętas nostris legibus: decem annis iu-
nior q̄ cōsularis: ex quo iudicari potest: vir-
tutis esse q̄ ętatis cursum celeriorem. Nam
q; ij qui Cęsari inuidēt: simulant se timere/
ne verendum quidem est/vt tenere se possit/
vt moderari: ne honoribus nostris elat9 in-
temperantius suis opibus vtatur. Ea natu-
ra rerum est. P. C. vt qui sensum verę gloriæ
ceperit: quiq; se a senatu ab equitibus Ro.
po. q; Ro. vniuerso senserit ciuem clarū ha
beri salutaremq; R. p. nihil cum hac gloria
comparandum putet. Vtinam. C. Cęsari pa

tri dico contigisset adolescēti: vt esset senatui atq; optimo cuiq; carissimus: quod cum consequi neglexisset: omnē vim ingenij: quę summa fuit in illo: in populari leuitate cōsumpsit. Itaq; cum respectum ad Senatū: & ad bonos nō haberet: eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificādas: quā virtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filij longissime diuersa ratio: qui cum omnibus est: tum optimo cuiq; carissimus: in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquiruntur & parati sunt. Cuius igitur singularem prudentiā admiramur: eius stultitiam timemus? Quid enim stultius: q̄ inutilē potentiā inuidiosas opes cupiditatē dominandi pręcipitem & lubricā anteferre uerę graui solidę glorię? an hoc vidit puer: si ætate processerit non videbit? At est quibusdā inimicus clarissimis: atq; optimis ciuibus: nullus iste timor esse debet. Omnis Cęsar inimicitias reip. condonauit: hanc sibi iudicē cōstituit: hāc moderatricem omniū factorum. Ita. n. ad remp. accessit: vt eam cōfirmaret: nō vt euerteret. Omnis habeo cognitos sensus adolescētis: nihil est illi repu. carius: nihil vestra auctoritate grauius: nihil bonorū virorū iudicio aptius: nihil vera gloria dulcius. Quamobrem ab eo non modo nihil timere: sed maiora & meliora expectare debe-

tis: neq; in eo qui ad. D. Brutum obsidionẽ liberãdum profectus sit: timere ne memoria maneat domestici doloris: quę plus apud eũ possit q̃ salus ciuitatis. audebo etiã obligare fidem meam. P. C. vobis. po. q; ro. q; profecto cũ me nulla vis cogeret: facere nõ auderem: pertimescerem q; in re maxima periculosam opinionem temeritatis: promitto / recipio / spondeo. P. C. C. Cæsarem talẽ semper fore ciuem: qualis hodie sit: qualẽq; eũ maxime velle esse & optare debemus. Quæ cum ita sint: de Cæsare satis hoc tẽpore dictũ habeo. Nec vero de. L. Egnatuleio fortissimo & constantissimo ciue amicissimoq;. R. P. silendũ arbitror. Sed tribuendũ testimoniũ virtutis egregię: q; is legionẽ Quartam ad Cęsarẽ adduxerit / quę pręsidio Consulibus Senatui populoq; Ro. reipu. esset ob eam causam placere vti. L. Egnatuleio triennium ante legitimum tempus magistrat⁹ petere capere gerere liceat / in quo. P. C. non tantum commodũ tribuitur. L. Egnatuleio: quantum honos. In tali. n. re satis est nominari. De exercitu autem. C. Cęsaris ita censeo decernendum senatui placere: militibus veteranis: qui Cęsaris Pontificis auctoritatẽq; huius ordinis defenderint atq; defẽdãt iis liberisq; eoꝝ militię vacationẽ esse. Vtiq; C. Pansa. A. Hircius Con. alter ãbo ue cognoscerent: q ager coloniis esset: quo milites

veterani deducti essent: qui cōtra legem Iuliam possideretur: vt is militibus ueteranis diuideretur de agro cāpano separatim cognoscerent: inirentq; rationem de commodis militum veteranorum augendis: legionique Martię & legioni quartę: & iis militib⁹ qui de legione Secunda: xvi. ad. C. pansam. A. Hircium Cons. venissent: suaq; nomina dedissent: q iis Senatus populiq; Ro. libertas carissima sit: & fuerit: vacationem militiæ ipsis: liberisq; eorū esse placere: extra tumultum Gallicum Italicumq;: easq; legiōes bello confecto missas fieri placere: quantamq; pecuniam militibus earum legionum in singulos. C. Cęsar Pontifex proprętor pollicitus sit: tantam dari placere. Vtiq; C. Pansa. A. Hircius consules alter amboue rationem agri habeant: qui sine iniuria priuatorū diuidi possit: isq; militibus legionis Martiæ: & legionis quartę ita darent / assignarēt: vt quibus militibus amplissime dati assignati essent. Dixi ad ea omnia Consules de quib⁹ retulistis: quæ sine mora matureq; decreta: facilius apparabitis: ea quę tempus & necessitas flagitat. Celeritate autē opus est: qua si essemus vsi: bellum (vt sæpe dixi) nullum haberemus.

M. T. C. in. M. Antonium: ad Quirites. Philipica. VI.



Vdita vobis esse arbitror Quirites quæ sint acta in senatu: quę fuerit cuiusq; sententia. Res. n. ex kalen. Ianu. agitata: paulo ante confecta est: minus quidem illa seuere q̄ decuit: non tamen omnino dissolute. Mora est allata bello: non causa sublata. Quam ob rem q̄ quęsiuit me. P. Apuleius homo & multis officijs mihi: & summa familiaritate coniunctus & vobis amicissimus ita respondebo: vt ea quibꝰ nō interfuistis: nosse possitis. Causa fortissimis optimisq; cōsulibus Kal. Iañ. de rep. primū referēdi fuit: ex eo q̄. xiij. Ka. Ianu. Senatus me auctore decreuit. Eo die primum Quir. fundamenta iacta sunt reip. fuit. n. lōgo interuallo ita liber senatus: vt vos aliquando liberi essetis. Quo quidē tēpore etiam si ille dies vitę finem mihi allaturus esset: satis magnum ceperam fructū: cum vos vniuersi vna mente atq; voce iterū a me conseruatam esse remp. conclamastis. Hoc vestro iudicio tanto tamq; pręclaro excitatus: ita Ka. Ianu. veni in senatū: vt meminissem quam personā impositam a vobis sustinerem. Itaq; bellum nepharium illatū reip. cum viderem: nullam moram interponendam insequendi. M. Antonium putaui:

hominemq; audacissimum: qui multis nefarijs rebus ante commissis hoc tempore Imperatorem po.Ro. oppugnaret: Coloniã vestram fidissimã fortissimãq; obsideret: bello censui persequendũ: tumultum esse decerni: iustitium indici, saga sumi, dixi placere, in quo omnes acrius grauiusq; incumberẽt ad vlciscendas reip. iniurias: si omnia grauissimi belli insignia suscepta a Senatu viderẽt. Itaq; hæc sententia sic per triduũ valuit: vt quanquam discessio facta non esset: tamen preter paucos: omnes mihi assensuri viderẽtur. Hodierno autem die non est: pene scio: qua obiecta re: remissior senat⁹ fuit: nã plures eam sententiam secuti sunt: vt quãtum senatus auctoritas vesterq; consensus apud Antonium valiturus esset: per Legatos experiremur. Intelligo Quir. a vobis hãc sententiam repudiari: neq; iniuria, ad quẽ enim legatos? ad eum ne qui pecunia publica dissipata atq; effusa: per vim & contra auspicia impositis reipub. legibus: fugata contione: obsesso senatu: ad opprimendã remp. Brundusio legiones accersierit: ab his relictus cũ latronum manu in Galliã irruperit: Brutũ oppugnet: Mutinam circũsedeat: quę vobis potest cum hoc gladiatore cõditionis: ęquitatis, legationis: esse communitas? Quanq̃ Quiri. non est illa legatio: sed denuntiatio belli: nisi paruerit. Ita. n. est decretum: vt si

ſegati ad Hannibalē mitterentur. Mittuntur enim qui nuntient ne oppugnet Conſulem deſig. ne Mutinam obſideat: ne prouintiam depopuletur: ne delectus habeat: ſit in ſenatus atq; populi Ro. poteſtate. Facile vero huic denuntiationi parebit, vt in Patrū. C. atq; in veſtra poteſtate ſit: qui in ſua nunquā fuerit, Quid. n. ille nunq̄ arbitrio ſuo fecit, ſemper eo tractus, quo libido rapuit: quo leuitas, quo furor, quo vinolentia: ſemper eum duo diſſimilia genera: lenonū & latronū ita domeſticis ſtupris: forēſibus parricidiis delectarunt: vt mulieri citius auariſſime paruerit quā Senatui Populoq; Ro. Itaq; quod paulo ante feci in Senatu faciā apud vos: teſtiſicor denuntio: ante prædico, nihil. M. Antonium eorum quę ſunt legatis mandata facturum: vaſtaturum agros: Mutinam obſeſſurum, delectus qua poſſit habiturū. Is eſt enim ille: qui ſemper ſenatus iudicium & auctoritatem: ſemper voluntatem veſtram, poteſtatemq; contempſerit. An ille id faciat: quod paulo ante decretum eſt: vt exercitum citra flumen Rubiconē: qui finis eſt Gallię educeret: dum ne propius urbem Romā. cc. mil. admoueret, Huic denūtiationi illi pareat, ille ſe fluuio Rubicone. cc. milia circūſcriptū eſſe patiatur, nō is eſt Antonius. Nā ſi eſſet nō cōmiſiſſet vt ei ſenatus tanq̄ Hannibali initio belli punici denūtia-

ret: ne oppugnaret Saguntum. Quod vero ita auocatur a Mutina: vt ab vrbe tanquam pestifera flamma arceatur: quam habet ignominiam? Quod iudiciũ senatus? Quid quod a senatu dantur mãdata legatis: vt. D. Brutum: milites\qꝫ eius adeant: iisqꝫ demonstrẽt sua in rẽp. merita: beneficiaqꝫ eorum grata esse Senatui Po. qꝫ. Ro. iisqꝫ eam rem magnę laudi: magnoqꝫ honori fore: passurũ ne censetis Antonium introire Mutinam legatos: exire inde tuto? nunquam patietur: mihi credite. Noui vinolentiam: noui impudẽtiam: noui audaciam: nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus: sed vt de importunissima belua cogitare. Quę cum ita sint: non omnino dissolutũ est: quod decreuit Senat9: habet atrocitatis aliquid legatio: vtinã nihil haberet morę. Nam cum plerisqꝫ in reb9 gerendis tarditas: & procrastinatio odiosa est: tum hoc bellum indiget celeritatis. Succurrẽdum est. D. Bruto: omnes vndiqꝫ copiae colligendę: horam eximere vllã in tali ciue liberando sine scelere non possumus. An ille non potuit: si Antonium Con. Si Galliã Antonii prouinciam iudicasset: legiones Antonio & prouinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine esse quod magistratum iniret? quid negocii fuit? Sed cum se Brutũ esse meminisset: vestręqꝫ libertati natũ? Quid egit aliud: nisi vt pene cor-

pore suo Gallia prohiberet Antonium? Ad hunc vtrum legatos: an legiones ire oportebat? Sed pterita omittamus: properēt: quod video esse facturos: vos saga parate: interea ibitur. non parebit, nos amissos tot dies rei gerendę queremur. Non metuo Quir. ne: cū audierit Antonius me hoc in senatu & in cōcione confirmasse: nunquam illum futurum in Senatus potestate: refellendi mei causa: vt ego nihil vidisse videar: vertat se: senatui pareat nunquā faciet: non inuidebit huic meę glorię: malet me sapientem a vobis: q̄ se modestum existimari. Quid ipse si velit? Num etiam. L. fratrem passurum arbitramur? nuper quidē dicitur ad Tibur. vt opinor cum ei labare. M. Antonius videretur: mortem fratri esse minatus. Etiā ne ab hoc Myrmillone Asiatico senatus mandata: legatorum verba audientur? Nec enim secerni a fratre poterit tanta presertim auctoritate. Nam hic inter illos africanus est: pluris habetur q̄. L. Trebellius: pluris q̄. T. Plācius adolescens nobilis: qui omnibus sentētijs maximo vestro plausu cōdemnatus: nescio quomodo se coniecit in turbam: atq; ita mœstus redijt: vt retractus: non reuersus videretur. Sic contemnit tanq̄ si illi aqua & igni interdictum sit: aliquando negat ei locum esse oportere in curia: qui incederit curiam. Nam Trebelliū valde iā diligit: ode-

erat tum cũ ille tabulis nouis aduersabatur. Iam fert in oculis postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluũ esse non posse. Audisse enim vos arbitror Qui. quod etiam videre potuistis quotidie sponsores & creditores. L. Trebellij conuenire. O fides hoc puto: Trebellium sumpsisse cognomen: que potest esse maior fides: quã fraudare creditores: domo profugere: propter æs alienũ venire ad arma: vbi plausus ille in triũpho est spe ludi: vbi ędilitas delata sũmo studio bonorum: Quis est qui hunc non casu existimet recte fecisse: nequitia scelus est. Sed redeo ad amores: delitiasq; nostras. L. Antonium: qui nos omnes in fidem suam recepit. Negatis: Num quisnam est vestrum: qui tribum nõ habeat: at qui certe nemo. illũ quinque & triginta tribus patronum adoptarũt. Rursus reclamatis: aspicite a sinistra illam equestrẽ statuã inauratã: inquã inscriptum est quinq; & triginta tribus patrono. P. R. igitur est patronus. L. Antonius: malam quidem illi pestẽ: clamori enim vestro assẽtior. Non modo hic latro: quem clientem habere nemo velit. Sed quis vnquam tãtis opibus: tãtis reb⁹ gestis fuit: qui se Po. roma. victoris: dominiq; omniũ gẽtium tutorem dicere auderet: In foro. L. Antonij statuã videmus sicut illam. Q. Tremuli: qui Hernicos deuicit ante Castoris. O impudentiã incredibilẽ,

tantū ne sibi sumpsit: quia milassis Mitmil-lonem thracem iugulauit familiarem suū? Quoniam modo istum ferre possemus, si in hoc foro spectantibus vobis depugnasset? Sed hęc vna statua: altera equitib⁹. R. equo publico: qui item ascribunt patrono quem vnquam iste ordo patronum adoptauit? si quenquam, debuit me: sed me omitto. Quē censorem? quem nuper agrum iis diuisit? O sordidos qui acceperunt: improbum qui de-derit? Statuerunt etiam Tribuni militares, q in exercitu Cęsaris duo bis fuerūt. Quis est iste ordo? multi fuerunt multis in legio-nibus per tot annos: iis quoq; diuisit Semu rium. Campus martius restabat: nisi prius cum fratre fugisset. Sed hęc agrorum assig-natio paulo ante Quir. L. Cęsaris clarissi-mi viri & pręstantissimi Senatoris sentētia dissoluta est. huic enim assensi: Septemuirū acta sustulimus. Iacent beneficia Nuculę, friget patronus antonius. Nam possessores animo ęquiore discedent, nullam impensam fecerant: nondum instruxerāt: partim quia non confidebant: partim quia nō habebāt. Sed illa statua palmaris, de qua si meliora tēpora essent: nō possem sine risu dicere. L. antonio Iano medio patrono: ita ne Ianus medius in. L. antonii clientela sit. Quis vn quā in illo inuētus est: qui. L. antonio mille nūmū ferret expensum? Sed nimis multa de

nugis. Ad causam bellumq; redeamus: quanquam non alienum fuit personas quasdam a vobis recognosci: vt quibus cum bellũ gereretur possitis taciti cogitare. Ego autem vos hortor Quir. vt etiã si melius aliud fuit: tamen legatorum reditum expectetis animo ęquo: celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. Cũ. n. legati renuntiarint: quod certe renũtiabũt non in uestra potestate: non in senatus esse Antonium. Quis erit tã improbus ciuis: qui illum ciuem habendum putet? Nunc. n. sunt pauci illi quidẽ: sed tamẽ plures q̃. R. P. dignum est: qui ita loquantur: ne legatos quidem expectabimus: Istam certe vocem: simulationemq; clementię extorquebit ijs res ipsa publica: quo etiã vt cõfitear vobis Quir. minus hodierno die contẽdi: minus laboraui vt mihi Senatus assentiens tumultũ decerneret. Saga sumi iuberet: malui. xx. diebus post sententiam meam laudari ab omnibus: q̃ a paucis hodie vituperari. Quapropter Quir. expectate legatorũ reditũ: & paucorum dierum molestiã deuorate: qui cũ redierint: si pacem afferent: cupidũ me: si bellum: prouidum iudicatote. An ego non prouideã meis ciuibus? non dies: noctesq; de vestra libertate: de reip. salute cogitem? Quid n. non debeo vobis Quir. quẽ vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honorib⁹

prętulistis? An ingratus sum? Quis minus? Qui partis honoribus: eosdem gessi in foro labores. quos in petēdis: rudis in rēp. Quis exercitatior, qui viginti iam annos bellum geram cum improbis ciuibus? Quamobrem Quir. consilio quantum potero: labore plus pene q̄ potero excubabo: vigilaboq; pro vobis. Etenim quis est ciuis pręsertim hoc gradu: quo me vos esse voluistis: tam oblitus beneficij vestri: tam immemor patrię: tam inimicus dignitati suę quem non excitet: & nō inflammet tantus iste vester consensus. Multas: magnasq; habui consul contiones: multis interfui: nullam unq̄ vidi tantā: quanta nunc vestra est. Vnum sentitis omnes: vnum studetis. M. Antonij conatū auertere: a. R. P. furorem extinguere, opprimere audaciā, idem volunt omnes ordines. Eodem incumbūt Municipia. Colonię. cūcta Italia. Itaq; senatum sua sponte bene firmū: firmiorem vestra auctoritate fecistis. Venit tempus serius omnino: q̄ dignum. R. P. fuisset: tamen ita maturū. vt differri iam hora non possit. Fuit aliquis casus fatalis (vt ita dicā,) quem tulimus: quoquo modo ferendus fuit. Nunc siquis erit: erit volūtarius. P. R. seruire fas non est: quē dij immortales omnibus imperare voluerunt. Res in extremū est adducta discrimen. De libertate agitur, aut vincatis oportet: quod profecto & pietate vestra: &

tanta concordia consequemini: aut quiduis potius: q̃ seruiatis. Alię nationes seruitutē pati possunt. P. R. est propria libertas.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. VII.


Aruis de rebus: sed fortasse necessarijs cōsulimut. P. C. de appia via: & de Moneta consul: de lupercis. Tri. ple. referunt. Quarum rerū & si facilis explicatio videdetur: tamē animus aberrat a sententia suspēsus curis maioribus. Adducta est enim. P. C. res in maximum periculum / & extremū pene discrimen. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui: nūq̃ probaui / quorum reditus quid sit allaturus: ignoro. Expectatio quidem quātum afferat languoris animis: quis non videt? Non enim se tenent ij: qui senatum dolēt ad auctoritatis pristinę spem reuiuiscere: cōiunctum huic ordini P. R. conspirantem Italiam: paratos exercitus: expeditos duces. Iam nūc fingunt Antonij responsa: eademq; defendunt. Alij postulare illum: vt omnes exercitus dimittan-

tur. Scilicet legatos ad eum misimus. nõ vt pareret: & dicto audiens esset huic ordini. Sed vt conditiones ferret: leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiã iuberet: se presertim incolumi: a quo maius periculum quam ab vllis nationibus extimescendum est. Alij remittere eum nobis Galliam citeriorem: illam vltimam postulare: pręclare, ex qua non legiones solum, sed etiam nationes ad vrbem conetur adducere. Alij nihil eum iam nisi modesti postulare. Macedoniam suam vocat omnino: quoniam C. frater est inde reuocatus. Sed quę prouincia est, ex qua illa fax excitare nõ posset incendium. Itaq; iidem quasi prouidi Ciues & senatores diligentes bellicum me cecinisse dicunt. Suscipiũt partis patrociniũ: qui sic disputant. Irritari Antonium non oportuit: nequã est homo ille atq; confidens. multi pręterea improbi: quos quidem a se primum numerare possunt: qui hęc loquuntur: eos esse cauendos denũtiant. Vtrum igitur in nefarijs ciuibus vlciscẽdis cum possis: an pertimescendis: diligentior causa est. atq; hęc illi loquuntur: qui quondam propter leuitatem populares habebantur. Ex quo intelligi potest: animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu: nõ voluntate fuisse populares: qui enim conuenit: vt qui in rebus improbis populares fuerint: idem

in re vna maxime populari: quod eadem salutaris Po. Ro. sit/improbos se/quam populares esse malint. Me quidem semper ut scitis: aduersatum multitudinis temeritati: hæc fecit preclarissima causa popularē: & quidam dicūtur/vel potius iidem ipsi se dicunt consulares: quo nomine nemo est dign' nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Faueas tu hosti: litteras tibi ille mittat de sua spe rerum secundarū suarū: tu eas letus proferas/recites/describendas etiā des: improbis ciuibus furorem augeas/animos bonorum/spem/virtutēq; debilites/& te cōsularem/aut senatorem/aut deniq; ciuē putes? accipiet in optimam partē. C. Pansa fortissimus cōsul/atq; optimus. Etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum hominē mihi familiarissimum/nisi talis consul esset: vt omnes vigilias/curas/cogitationes/in. R. P salute configeret: consulem non putarem/quanquam nos ab ineunte ętate illius vsus consuetudo/studiorum etiā honestissimorū societas: similitudoq; coniunxit/eius deniq; curam incredibilē in aspertimis belli ciuilis periculis perspexi: non modo perspexi/non modo salutis: sed etiam dignitatis meę: tamen eundem (vt dixi) nisi talis consul esset: negare esse consulem auderem. Idē non modo cōsulē esse dico: sed etiam memoria mea prestantissimū: atq; optimum consulem: non

quia non

quia nō pari virtute & volūtate alij fuerit: sed tantum causam non habuerint in qua & virtutem & voluntatem suam declararēt. Huius magnitudini animi: grauitati: sapiētię: tēpestas est oblata formidolosissimi temporis. Tū autem illustratur consulatus: cum gubernat rempubli. si nō optabili: ac necessario tempore. magis autem necessarium. p. C. nullum tempus vnquam fuit. Itaque ego ille: qui semper auctor pacis fui: cuique pax presertim ciuilis: quanquam omnibus bonis mihi tamen in primis fuit optabilis (Omne enim curriculū industrię nostrę in foro in curia: in amicorum periculis propulsādis elaboratū est: hinc honores amplissimos: hinc mediocres opes: hinc dignitatem: siquā habemus: consecuti sumus) Ego itaq; pacis (vt ita dicam) alumnus: qui quantuscumq; sum: (nihil em̄ mihi arrogo) sine pace ciuili certe nō fuissem: periculose dico: quemadmodum accepturi. P. C. sitis horreo. Sed pro mea pꝑetua cupiditate vestrę dignitatis retinēdę & augendæ queso: oroq; vos. P. C. vt primo si erit vel acerbū auditu: vel incredibile a. M. Cicerōe esse dictū: accipiatis sine offēsione: quod dixero: ne ve id prius quā quale sit explicauero: repudietis. Ego ille dicā sępius pacis semper laudator: semper auctor pacē cum. M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem. P. C. quoniam

periculosissimũ locũ silẽtio sũ prẹter vectus Cur igitur pacem nolo? quia turpis est/quia periculosa: quia esse non põt. Quæ tria dum explico: peto a vobis.p.C. vt eadem benignitate quã soletis/verba mea audiatis. quid est inconstantia/mobilitate/leuitate/cum singulis hominibus: tum vero vniuerso senatui turpius? Quid porro inconstantius: q̃ quem modo hostem non verbo/sed re: multis decretis iudicauistis? cum hoc pace subito velle coniungi? Quasi vero cum C.Cæsari meritos quidem illi honores & debitos: sed tamen immortales & singulares decreuistis vnam ob causam ꝗ cõtra.M.Antonium exercitum cõparauisset. non hostem Antoniũ iudicaueritis/nec tũ hostis est a vobis iudicatus antonius: cum laudati auctoritate vestrã veterani milites qui Cæsarem secuti essent: nec tum hostem antoniũ iudicauistis: cum fortissimis legionibus ꝗ illum qui cõsul appellabatur: cũ esset hostis: reliquissẽt: vacationes: pecunias: agros/spopondistis. Quid cum Brutum hominem quondam illius generis: & nominis/natũ ad rẽpu. liberandã exercitumq̨ eius pro libertate Po.Ro.bellũ gerentẽ cum Antonio prouinciamq̨ fidelissimã atque optimam Galliam laudibus amplissimis affecistis? tũ non hostem iudicastis Antonium? Quid cum decreuistis: vt consul alter/ambo ue ad bellum proficiscerentur?

quod erat bellum/si hostis Antonius nõ erat Quo igitur profectus est vir fortissimus meus Collega & familaris. a. Hircius cõsul: at qua imbecillitate qua macie: Sed animi vires corporis infirmitas nõ retardauit æquũ credo putauit vitam/quam po. Ro. votis retinuisset: pro libertate . P. R. in discrimen adducere. Quid cũ delectus haberi tota Italia iussistis: Cum vacationes omnes sustulistis: tũ ille hostis non est iudicatus: at morũ officinas in vrbe videtis. Me milites cũ gladiis sequũtur. Cons. pręsidio sunt: specie cõsuli re et veritate nobis oẽs/sine vlla recusatione/summo etiam cum studio nomina dãt/parent auctoritati vestrę non est iudicatus antonius hostis: at Legatos misim⁹: heu me miserum cur Senatum cogor/quem laudaui semper: reprehendere. Quid vos censetis. P. C. Legatorũ missionem po. Ro. probauisse: Non intelligitis: non auditis meam sentẽtiã flagitari: qui cum pridie frequentes essetis assensi. postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti. Quã turpe est porro legiões ad senatũ Legatos mittere Senatũ ad antoniũ: q̃q̃ illa: legatio nõ est: denunciatio est: paratũ illi exitiũ nisi paruerit huic ordini: qd refert? tñ opinio est grauior: missos. n. legatos oẽs vident: decreti vestri non omnes verba nouerũt. Retinẽda est igitur vobis cõstãtia/grauitas/pseuerãtia: repetẽda est ve-

tus illa seueritas. Siquidem auctoritas Senatus decus honestatem laudem dignitatē desyderat: quibus hic ordo nimium caruit diu: sed erat tūc excusatio oppressis: misera illa qdē: sed tñ iusta nūc nulla ē. Liberati tū regio dominatu videbamur: armis domesticis ea ipsa depulim⁹ nūc qdē vi extorquēda sunt. Quod si non possumus facere: dicam quod dignū est Senatore & Romano homine: moriamur. Quanta.n.erit illa.R.P.turpitudo: q̄tum dedecus: quanta labes: dicere in hoc ordine sententiam.M.Antonium cōsulari loco.cuius vt omittam innumerabilia scelera Vrbani consulat⁹: in quo pecuniā publicam maximam dissipauit: exules sine lege restituit: vectigalia vēdidit: prouīcias de.R.P.imperio sustulit regna addixit pecunia: leges ciuitati ꝑ vim imposuit: armis obsedit: aut excludit senatum. Vt hęc inquā omittam: ne hoc quidem cogitatis: eum qui mutinā Coloniam.Po.Ro.& consulem designatum obsederit: depopulatus agros sit. Hunc in eū ordinem recipi: a quo totiens ob has ipsas causas hostis iudicatus sit: quam fœdum flagitiosūq; sit videtis. Satis multa de turpitudine. Dicam deinceps: quod proposui: de periculo: quod si minus est fugiendū q̄ turpitudo: tamen offendit animos maioris partis hominum magis. poteritis igitur exploratam habere pacem cū in ciuitate

Antonium videatis? vel potius Antonios? nisi forte cōtemnitis Lucium. Ego ne Caiū quidem: sed vt video dominabitur Lucius: est enim patronus. xxxv. tribuum quarum sua lege: qua cum C. Fratre Magistratū sortitus est: suffragium sustulit: patronus Centuriarum equitum: quas idem sine suffragio esse voluit: patronus eorum: qui tribuni militares fuerunt: patronus Iani medij. O dij quis huius potētiam poterit sustinere? presertim cum eosdem ministros etiā deduxerit quis vnq̄ omnes tribus? q̄s equites. R. quis tribu. militates? Gracchorum potentiā maiorē fuisse arbitramini q̄ huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem nō ita appellaui: vt interdum etiam. M. Antonius gladiator appellari solet: sed vt apellāt ij qui plane & latine loquuntur. Mirmillo in Asia depugnauit cum ornasset Theciditis comitem et familiarem suum: illum miserum fugientem iugulauit. Luculentam tamen ipse plagam accepit: vt declarat cicatrix. qui familiarē iugularat: quid hic occasione data faciet inimico? & qui illud animi causa fecerit: quid facturū putatis? Non rursus improbos decuriabit? nō sollicitabit rursus agrarios? non quæret expulsos. M. vero Antonius non is erit ad quem omni notu concursus fiat ciuium perditorum: vt nemo sit ali nisi ij qui vna sūt: & ij qui hic ei nūc aperte

fauent: parũ ne erũt multi: presertim cũ bonorũ pręsidia cesserint: ille parati sint ad nutũ futuri. Ego vero metuo si hoc tẽpore cõsilio lapsi erim⁹, ne illi breui tẽpore nimis multi nobis esse videãtur. Nec ego pacẽ nolo: sed pacis nõie bellũ inuolutũ te formido Quare si pace frui volumus: bellum gerẽdũ est. Si bellũ omittemus: pace nũq̃ fruemur. Est aũt nostri consilij P.C. imposterum quã lõgissime prouidere. Icciréo in hac custodia tanq̃ in specula collocati sumus: vt vacuum metu po. Ro. nostra uigilia & prouidentia redderemus. Turpe est summo cõsilio orbis terræ presertim in res tã perspicuas cõsiliũ intelligẽdi defuisse. Eos cõsules habem⁹: eã po. Ro. alacritatẽ: eũ cõsensum Italiæ: eos duces: eos exercitus, vt nullã calamitatẽ. R P. accipere possit sine culpa senat⁹. Equidẽ nõ deero: monebo, prædicabo: denũciabo: & testabor sẽper deos hoĩesq; quid sentiã. Nec solũ fidẽ meã quod fortasse videtur satis esse sed in principe ciue non satis est: curã: cõsilium: vigilantiamq; præstabo. Dixi de periculo: docebo ne coagmentari quidem posse pacem: de tribus. n. quę proposui: horum extremum est. Quæ põt esse pax. M. Antonio primum cũ Senatu? quo ore ille nos poterit quibus illum vicissim nos oculis intueri? qs vestrum illũ, quem ille vestrũ non oderit? Age vos ille solũ: & vos illum: odij qui Mu-

tinam circumsedent? qui in Gallia delectus habent qui in nostras fortunas imminent: amici nobis vnq̃ erunt? aut nos illis: an eq̃tes Ro. ãplectetur. Occulta .n. fuit eorũ voluntas: iudiciumq; de. M. Antonio: qui frequentissimi in gradibus concordię steterũt; qui nos ad libertatem recuperandam incitauerunt: arma signa, bellum flagitauerunt: me vna cũ po. Ro. in concionem vocauerũt, hi Antonium diligent? Cũ his pacem seruabit Antonius. Nam q̃d ego de vniuerso po. Ro. dicam: qui pleno ac referto foro bis me vna mẽte: atq; voce in contionem vocauit: declarauitque maximã recuperandæ libertatis cupiditatem. Itaq; quod erat optabile antea: vt po. Ro. comitem haberemus: nunc habemus ducẽ. Quæ est igitur spes? q Mutinam circumsedent Imperatorem po. Ro. exercitumq; oppugnantes: pacem cum po. Ro habere possunt. An cum municipijs pax erit? quorũ tãta studia agnoscũtur in decretis faciẽdis militib9 dãdis: pecunijs pollicẽdis: vt in singulis oppidis curã po. Ro. non desideretis. Laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani qui principes pecuniæ pollicendę fuerunt: respondendum honorifice est marrucinis: qui ignominia notandos censuerunt eos qui militiã subterfugissent. Hęc iã tota Italia fiũt magna pax Antonio cũ eisdẽ: his cũ illo: quę põt maior

esse discordia? In discordia autem pax ciuilis esse vllo modo potest? vt omittam multitudinem. L. Nasidio equiti ro. homini in primis ornato atque honesto: ciuiq; semper egregio: cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo: qui vicinos suos non cohortatus est solum vt milites fierent: sed etiam facultatibus suis subleuauit. Huic inquam tali viro quē nos senatusconsulto collaudarimus /poterit ne esse pacatus antonius? Quid Cæsari qui illū vrbe: quid. D. Bruto: qui Gallia prohibuit? Iam vero ipse se placabit & leniet prouincię Gallię: a qua exclusus & repudiatus est/omnia videbitis. P. C. nisi prospicitis plena odiorum: plena discordiarum/ ex quibus oriuntur bella ciuilia. Nolite igitur id velle: quod fieri non potest/& cauete per deos immortales. P. C. ne spe prȩsentis pacis: perpetuam pacē amittatis. Quorsum hæc omnis spectat oratio? quid. n. Legati egerint nondum scimus: at vero erecti/citati/parati/armati animis iā esse debemus/ne blanda/aut supplici oratione/aut ȩquitatis simulatiōe fallamur. Omnia fecerit/oportet/quȩ iterdicta & denuntiata sunt: prius q̄ aliquid postulet. Brutum exercitumq; eius oppugnare/vrbes & agros prouinciæ Galliæ populari destiterit: ad Brutum adeundi Legatis potestatem fecerit/exercitum citra flumen Ru

biconẽ eduxerit: nec propius vrbẽ milia paſ ſuum ducenta admouerit, fuerit in Senatus pop. q;. ro. poteſtate: hęc ſi fecerit: erit integra ptãs nobis deliberandi. Si Senatui non paruerit: non illi ſenatus: ſed ille po. Ro. bellũ indixerit. Sed vos moneo P. C. libertas agitur popu. Roma. que eſt cõmendata vobis: vita & fortuna optimi cuiuſq; : quo cupiditatẽ infinitã cũ immani crudelitate iã pridẽ intẽdit Antonius. Auctoritas veſtra quam nullam habebitis: niſi nunc retinueritis: tetram & peſtiferam beluã ne incluſam et conſtrictam dimittatis: cauete. Te ipſum moneo panſa: q̃q̃ non eges conſilio: quo vales plurimum: tamẽ etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent, hunc tuum tm̃ apparatum tamq; præclarũ ne ad nihilũ reſidere patiare Tẽpus habes tale quale nemo habuit vnq̃. Hac grauitate ſenatus: hoc ſtudio equeſtris ordinis, hoc ardore Po. Ro. potes in perpetuum metu, & periculo rempu. liberare.

M. T. C. in. M. Antonium.
Philippica. VIII.


Onfusius hesterno die est acta res. C. Pansa: quam postulabat insti- tutum consulatus tui/ parum mihi visus es eos quibus cedere non so- les: sustinere. Nam cum Senatus ea virtus fuis- set: quę solet: & cum re viderēt omnes esse bellum: quidamq; id ver- bum remouendum arbitrarentur: tua vo- luntas in dissensione fuit ad lenitatem pro- pensior. Victa igitur est propter asperita- tem te auctore nostra sententia. Vicit. L. Cę saris amplissimi viri: qui verbi atrocitate dempta: oratione fuit quam sententia leni- or. Quanquam is quidem antequam senten tiam diceret/propinquitatem excusauit: idē fecerat me consule in sororis viro: quod hoc tempore in sororis filio: vt & luctu soro ris moueretur: & saluti reipublicę prouide- ret. Atq; ipse tn̄ Cęsar pręcepit vobis quo- dammodo. P. C. ne sibi assentiremini: cū ita dixit/aliam sententiam se dicturum suisse. Eamq; se ac repu. dignam: nisi propinquita- te impediretur. Ergo ille auūculus: nū etiā vos auunculi: qui illi assensi estis? At in quo fuit controuersia? belli nomen in sententia ponendū quidem non putabāt: tumultū ap- pellare malebant ignari: non modo rerū: sed

etiam verborum. Potest enim esse bellũ sine tumultu. Tumult⁹ esse sine bello nõ potest. Quid est enim tumultus nisi perturbatio tanta: vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomẽ ductum est tumultum Italicum quod erat domesticus: tumultum Gallicum quod erat Italiæ finitimus. præterea nullum tumultum nominabãt. Grauius autem esse tumultũ: q̃ bellum hinc intelligi potest: q bello Gallico vacationes valẽt: tumultu non valẽt: Ita fit: quemadmodum dixi vt bellũ sine tumultu possit. Tumultus sine bello esse non possit. Etenim cum inter bellum & pacem medium nihil sit: necesse est tumultum: si belli non sit: pacis esse/ quo quid absurdius dici aut estimari potest? Sed nimis multa de verbo: rẽ potius videamus. P. Conscripti quã quidẽ intelligo verbo fieri interdum deteriorem solere: nolumus hoc bellũ videri. Quam igitur municipijs & colonijs ad excludendum Antonium auctoritatẽ damus: quã vt milites fiãt sine vi: sine tumultu/ studio & voluntate? quã vt pecunias in. R. P. polliceantur? Si enim belli nomen tollitur: municipiorũ studia tollũtur cõsensus. P. R. qui iam descẽdit in causam: si nos lãguescimus: debilitetur necesse est: sed quid plura? Dũ Brutus oppugnatur: nõ est bellũ? Mutina obsidetur: nec hoc quidem bellũ est? Gallia vastatur quæ potest pax esse certior? il-

lud vero quis potest bellum non esse dicere, quo fortissimum virum cum exercitu misimus qui cum esset infirmus ex graui diuturnoq; morbo nullam putauit sibi excusationem esse oportere: cum ad reip. presidiũ vocaretur. C. quidem Cesar nõ expectauit nostra decreta presertim cum esset illius ætatis: bellum contra Antoniũ sua spõte suscepit: decernendi enim tempus nondum nouerat: belli autem gerendi tempus si pretermisisset: videbat. R. P. oppressa nihil decerni posse. Ergo illi nunc & eorũ exercitus in pace versantur: non est hostis is: cuius presidiũ Cliterna deiecit Hircius, non est hostis: qui armatus consulẽ designatũ oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica: que paulo ante ex collegę litteris Pansa recitauit: deieci presidiũ: Clientela potitus sũ, fugati equites, prelium commissum: ociosi aliquot, que pax potest esse maior? delectus tota Italia decreti sublatis vacationibus: saga cras sumentur: consul se cum presidio descẽsurum dixit, vtrũ hoc bellũ nõ est? An etiã tãtũ bellum: quantum nũquam fuit? Ceteris enim bellis: maximeq; ciuilibus contẽtionem. R. P. causa faciebat. Sylla cum Sulpitio de iure legum quas per vim latas Sylla dicebat. Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragiis, rursus cum mario & Carbone Sylla ne dominarentur indigni: & clarissimorum

hominum crudelissimam meditarentur necem. Horum omnium bellorum causę ex. R. P. contentione natę sunt: de proximo bello ciuili non libet dicere, ignoro causam, detestor exitum: hoc bellum quintũ ciuile geritur: atq; omnia in nostrã ætatem inciderũt. Primum non modo in dissensione & discordia ciuium: sed in maxima consensione: incredibiliq; concordia oẽs idem volunt: idem defendunt: idem sentiũt. Cum omnes dico: eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quę est igitur in medio belli causa posita. Nos deorũ immortaliũ tẽpla, nos muros, nos domicilia, sedesq;. p. R. penates, aras, focos, sepulchra maiorũ. Nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus. Contra. M. Antonius id molitur; id pugnat. vt hæc omnia pturbet: euertat, prędam. R. p. causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispartiat parricidis. In hac tam dispari ratione belli illud miserrimum est: ꝙ ille latronibus suis pollicetur primum domos (vrbẽ. n. se diuisurum confirmat) deinde omnibus portis quo velint deductur ũ: omnes Caphones, omnes saxę: cętereq; pestes, quę sequuntur Antonium: ędes sibi optimas, hortos: Thusculana, Albana definiunt: atq; etiam homines agrestes: si homines sunt illi potius q̃ pecudes: inani spe ad aquas vsq; puteolanas pro-

uehuntur. Ergo habet Antonius: quod suis polliceatur quid nos? nũquid tale habem⁹? dij meliora: id enim ipsum agimus, ne quis posthac eiusmodi quicquam possit polliceri. Inuitus dico, sed dicendũ est, hasta Cæsaris P. C. multis improbis, & spem affert, & audaciam: viderunt enim ex modicis fieri repẽte diuites. Itaq; hastam semper cupiunt videre ij, qui nostris bonis imminent quibus omnia pollicetur antonius. Quis nos nostris exercitibus, quid pollicemur? multo maiora: atque meliora: scelerum enim promissio: & ijs qui expectant: perniciosa est: & ijs qui promittunt. Nos libertatẽ nostris militibus: iura, leges, iudicia, imperium orbis terrę: dignitatem, pacem, otium pollicemur. antonij igitur promissa cruẽta, tetra, scelerata, dijs hominibusq; inuisa, nec diuturna, neq; salutaria. Nostra contra, honesta, integra, gloriosa, plena lętitię, plena pietatis. Hic mihi etiam. Q. Fusius vir fortis: ac strenuus amicus meus pacis commoda cõmemorat: quasi vero si laudanda pax esset, ego idem facere commode non possem? semel enim pacẽ defendi? non semper otio studui? quod cum omnibus bonis vtile est, tum pręcipue mihi. Quẽ enim cursum industria mea tenere potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine iudicijs? quę esse nõ possunt ciuili pace sublata. Sed quęso calene quid tu seruitutẽ

pacem voca? maiores quidem nostri non modo vt liberi essent: sed etiam vt imperarent: arma capiebant: at tu arma abijcienda censes: vt seruiamus. Quę causa iustior est belli gerendi: quã seruitutis depulsio? in qua & si non sit molestus dominus / tamen est miserrimũ posse / si velit. Imo alia causa iusta: ac necessaria est: nisi forte ad te hoc non putas pertinere: ꝙ te socium fore speras dominationis antonij. in quo bis falleris / primum ꝙ tuas rationes communibus ãteponis: deinde ꝙ quicquam stabile in regno / aut iucũdum putas / nõ si tibi antea profuit: semper proderit. Quin etiam de illo homine queri solebas: quid te facturũ de belua putas? atqui es / qui semper pacẽ optaris. semper omnes ciues saluos volueris: honesta ratio / sed ita si bonos & vtiles: & reipu. ciues / sin eos qui natura ciues sunt / voluntate hostes / saluos velis: quid tandem interest inter te & illos? Quid pater tuus quo vtebar sene adolescẽs? homo seuerus & prudens / non primũ omniũ ciuiũ. p. Nasicã / qui Tyberium Gracchũ interfecit dicere solebat? Eius virtute: cõsilio / magnitudine animi / liberatã rẽp. arbitrabatur. Quid nos a patrib⁹ nũ aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis: si tẽporib⁹ illis fuisses: nõ probaretur: qa nõ oẽs saluos esse voluisset? ꝙ. L. Opimius consul verba fecit de rep. de ea re ita cẽsuerũt vti opimi⁹ cõsul

R. P. defenderet. Senatus hæc verbis. Opimius armis. Num igitur eum: si tum esses: temerarium ciuem: aut crudelem putares? Aut. Q. Metellum: cuius quatuor filij consulares. P. Lentulum principem senatorem quid complures alios summos viros: qui cū L. Opimio consule armati Gracchū in Auētinum persecuti sunt? quo in prælio Lētulus graue vuln⁹ accepit: interfectus est Gracchus &. M. Fuluius consulares. Eiusq; duo adolescentuli filij, illi igitur viri vituperādi: non enim ciues omnes saluos esse voluerunt. Ad propiora veniamus. C. mario. L. Valerio consulibus senatus. R. P. defēdendā dedit. L. Saturninus Tr. pl. Glaucia prætor est interfectus: omnes illo die Scauri/ metelli/Claudij / Catulli/ Sceuolæ: Crassi: arma sumpserunt: num autem cousules illos: aut clarissimos viros vituperandos putas? Ego Catilinā perire volui: num tu: qui omnes saluos vis: Catilinam saluū esse voluisti? Hoc interest Calene inter meam sententiam: & tuam. Ego nolo quenquam committere: vt morte mulctandus sit: tu etiā si commiserit cōseruandum putas. In corpore siquid eiusmodi est: quod reliquo corpori noceat. vri: ac secari patimur: vt membrorū aliquod potius quam totum corpus intereat. Sic in. R. P. corpore: vt totū saluum sit. quicquid est pestiferū amputetur. Dura vox

multo illa

multo illa durior/salui sint improbi : scelerati/impij/deleantur innocētes/honesti: boni/tota respu. vno in homine. Qu. Fusi fateor te vidisse plusquam me. Ego P. Clodium arbitrabar pernitiosum ciuem :sceleratum: libidinosum :impium:audacem : facinorosum. Tu cōtra sanctum:temperatum :innocentem:modestum/retinendum ciuem:& optandum. in hoc vno te plurimū vidisse:multum me errasse:cōcedo. Nam me tecum iracunde agere dixisti solere:non est ita. Vehementer me agere fateor:iracunde nego /omnino irasci amicis nō temere soleo/ne si merentur quidem. Itaque sine verborum contumelia a te dissentire possum / sine animi summo dolore nō possū:praua est enim mihi tecum haud parua dere dissensio. Ego huic vel illi videlicet faueo: tu illi/ imo uero ego D. Bruto faueo:tu. M. Antonio:Ego conseruare coloniā percupio:tu expugnare studes an hoc negare potes:qui omnes moras iterponis: quibus infremetur Brutus ? Melior fiat Antonius: quousque enim pacem dicis velle te? Res geritur:conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrime:q intercurrerēt/misim' tres principes ciuitatis. Hos cōtēpsit:reiecit: repudiauit Antoni':tu tamē permanes constantissimus defensor Antonij. Et quidē quo melior senator videatur : negat se illo amicū esse debere/cum suo magno beneficio

reũ venisse eum contra se. Vide quanta charitas sit patriæ: cum homini sit iratus: tamen. R. P. causa defendit Antonium. Ego te cum in Massilienses tam sis acerbus Fusi nõ animo æquo audio: quousq; enim Massiliam expugnabis? ne triumphus quidem finem fecit belli: per quẽ sublata est vrbs ea: sine qua nunquã ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumpharunt. Quo quidem tẽpore. p. R. ingemuit: q̃q̃ proprios dolores suarũ rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fidelissimę miserias nemo erat ciuis: q a se alienas arbitraretur. Cæsar ipse: qui illis fuerat iratissimus: tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatẽ & fidẽ quotidie aliquid iracundiæ remittebat. Te nulla calamitate ciuitas sua satiare tam fidelis potest. Rursus iam me irasci fortasse dicis. Ego autẽ sine iracundia dico: vt omnia: nec tamẽ sine dolore. Neminem illi ciuitati inimicum esse arbitror: qui amicus sit huic ciuitati. Excogitare quæ tua ratio sit Calene non possum: antea deterrere te ne popularis esses non poteramus: vt nunc sis popularis exorare nõ possumus. Satis multa cũ Fusio: ac sine odio omnia: nihil sine dolore. Credo autem qui generi querelã moderate ferat: æquo animo laturum amici. Venio nunc ad reliquos consulares: quorũ est nemo: iure meo hoc dico: qui non mecum

habeat aliquam coniunctionem gratiæ: alij maximã: alii mediocrem: nemo nullam: quã hesternus dies nobis consularibus dico turpis illuxit. Itetũ legatos. quid? ille faceret inducias? ante Cons. oculosque legatorum tormentis Mutinam verberauit: opus ostendebat: munitionemque legatis ne punctum quidem temporis cũ legati adessent oppugnatio respirauit. Ad hunc legatos? cur? an vt in eorum reditu vehementius pertimescatis? Equidem cũ antea legatos decerni nõ censuissem: hoc me tamẽ cõsolabar: quod cũ illi ab Antonio contempti & relicti reuertissent: dixissentque senatui non modo illum e Gallia non discessisse vt censuimus: sed ne a Mutina quidem recessisse: potestatem sibi De. Bruti conueniendi nõ fuisse: fore vt omnes iflãmati odio excitati dolore armis æqꝫ viribus. D. Bruto subuenirem⁹. Nos etiam languidiores facti sumus postquam Antonij nõ solũ audaciã & scel⁹: sed etiã insolentiã, superbiãqꝫ perspeximus. Vtinã. L. Cæsar valeret. Ser. Sulpitius viueret: multo meli⁹ hęc agerẽtur a trib⁹ q̃ nũc agũtur ab oibus Dolẽter hoc dicã: poti⁹ q̃ cõtumeliose deserti: deserti inq̃ sum⁹. P. C. a pricipib⁹ sicut iã sępe dixi: oẽs in tãto periculo: q̃ recte & fortiter sentient: erũt cõsulares. Animũ nobis afferre legati debuerũt: timorẽ attulerunt: q̃q̃ mihi quidẽ nullũ vnquã timorem quam.

vis de illo: ad quē missi sunt: bene existimēt/ a quo et mandata acceperunt. Proh dij immortales vbi est ille mos: virtusq; maiorum. C. Pompilius apud maiores nostros cum ad Antiochum regē legatus missus esset: & verbis senatus nuntiasset: vt ab Alexandria discederet: quam obsidebat/cum tempus ille differret: virgula stantem cricunscripsit/ dixitque se nō antea renuntiaturum senatui: nisi prius sibi respondisset/quid factur⁹ esset quā ex illa cricunscriptione excederet. Praeclara em̄ senatus facies secū attulerat auctoritatem reip. ciuis qui non paret/non ab eo mandata accipienda sunt. Sed ipse est totus repudiandus. an ego ab eo mādata acciperē qui senatus mandata contemneret? aut ei cum senatu quicq̄ commune iudicarem: qui imperatorem P. R. senatu prohibenti obsideret? at quae mandata? qua arrogātia? quo stupore? quo spiritu? Cur autem ea legatis nostris dabat. Cum ad nos Cotulam mitteret ornamentum. atque arcem amicorum suorum hominem aedilitium. Si vere tū fuit aedilis: cum eum iussu antonij in conuiuio serui publici loris ceciderūt. atquā modesta mandata fert? ij sumus. p. C. qui quicquam huic negemus? Vtrāque prouinciam inquit remitto: exercitum depono. Priuat⁹ esse nō recuso. Haec sunt enim verba: redire ad se ui detur: oīa obliuiscor: in gratiā redeo. Sed

quid adiungit? si legionibus meis: & si equitibus: & si cohorti prætoriæ prædam: agrūq; dederitis. His etiam præmia postulat: quibus vt ignoscatur: si postulet impudentissimus videatur. addit præterea quos ipse secum Dolobella dederit agros teneant ijs: quibus dati sunt. Hic est Campanus ager: & Leontinus: quæ duo maiores nostri annonę perfugia ducebāt. Cauet mimis aleatorib⁹ lenonibus. Casoni etiā: & Saxæ cauet: quos cēturiones pugnaces: & lacertosos inter mimorū & mimarū greges collocauit. postulat præterea vt Chirographorum & commētariorum sua: collegæque sui decreta maneāt quid laborat? vt habeat q̄ quisq; mercatus est: siquid accepit: habeat qui vendidit: & ne tāgantur rationes ad opis: id est ne sestertiū septies milies recuperetur: ne fraudi sit septemuiris quod egissent. Nucula hoc credo admonuit. Verebat̄ fortasse ne amitteret tantas clientelas: caueri etiam vult ijs: qui secum sunt: quicquid contra legem commiserit: Mustelæ & Tyroni prospicit: de se nihil laborat. Quid enim commisit vnquam? num aut pecuniam publicam attigit? aut hominem occidit? aut secum habuit armatos? Sed quid est, quod de ijs laboret? postulat enim ne sua iudiciaria lex abrogetur: quo impetrato: quid est quod metuat: an ne suorum aliquis Acidalicia decurio condem

netur? Neq; tamē nos vrget mādatis pluribus: remittit aliquātū) & relaxat. Galliā inquit remitto: Comatā postulo: ociosus videlicet esse malo: cū sex legionibus inquit: iisq; suppletis ex. D. Bruti exercitu / non modo ex delectu suo: tādiuq; vt obtineat q̄diu. D. Brutus. C. Cassius Cōsules pro ue consules prouincias obtinebūt / vel procōsul huic comitiis. C. frater eius / est. n. ānus vt repulsam tulit: ipse aūt vt quinquēniū inquit obtineāt. At istud vetat lex Cęsaris & tua. Hęc tu mādata L. piso: & tu. L. philippe principes ciuitatis / nō dico quo aio ferre verū auribus accipere potuistis? sed vt suspicor: terror erat quidā nec vos vt Legati apud illū fuistis: nec vt consulares: nec vos vestrā nec reip. dignitatē tenere potuistis: & tn̄ nescio quo pacto sapiētia quadā credo quod ego nō possū non mirari nimis irati reuertistis vobisque M. Antonius nihil tribuit: clarissimis viris legatis po. Ro. Nos quid non legato Antonii Cotule concessimus? cui portas huius vrbis patere ius nōfuit: huic hoc templum patuit: huic aditus in senatū fuit huic externo sententias nostras in codicillos et omnia verba referebant: huic etiam se summis honoribus hi contra dignitatem suam venditabant. O dii immortales quam magnum est personam in rempu. tueri principis? q̄ nō animis solū debet: sed oculis ser-

uire ciuiũ: domũ recipere legatũ hostium: in cubiculũ admittere, & reducere, hois est nihil de dignitate: nimiũ de periculo cogitantis. Quod aũt est periculũ? Nam si maximũ in discrimen venietur: aut libertas parta est victori: aut mors exposita victo: quorũ alterũ optabile est, alterũ effugere nemo potest: turpis autẽ fuga mortis omni est morte peior. Nã illud quidẽ nõ adducor vt credã, esse quosdam qui inuideant alicuius cõstãtiæ & laboribus, qui eius perpetuã in rep. adiuuanda voluntatẽ, & a Senatu, & a rep. probari moleste ferant. Omnes quidẽ id facere debebamus eaq; erat: non modo apud maiores nostros: sed etiã nuper sũma laus cõsularis vigilare, cogitare, adesse aio, semp aliqd pro. R. p. aut facere, aut dicere. Ego. Q. Sceuolã Augurẽ memoria teneo bello Marsico cũ esset sũma senectute & pdita valitudine quotidie simul atq; luceret facere oibus cõueniẽdi sui ptãtẽ, neq; eũ qsq̃ illo bello vidit in lecto: senexq; & debilis prim⁹ veniebat in curiã, huius industriã maxime equidẽ vellẽ vt imitarẽtur ii, quos oportebat. secũdo aũt loco ne alterius labori inuiderent. Et. n. P. C. cum in spem libertatis sexennio simus ingressi diutiusq; seruitutem perpessi q̃ captiui frugi & diligentes solent: quas vigilias? quas solicitudines? quos labores liberãdi. R. p. causa recusare debemus. Equidẽ. P. C. qq̃

hoc honore vsi togati esse solēt cum est in sagis ciuitas: statui tamen a vobis cęterisq; ciuibus in tanta atrocitate temporis: tantaq; perturbatione po. Ro. non differre vestitu. Non enim ita gerimus nos hoc bello consulares vt æquo animo po. Ro. visurus sit nostri honoris insignia Cū partim e nobis ita timidi sint: vt omnē ii po. Ro. beneficiorum memoriā abiecerint: partim ita a rep. auersi: vt huic hosti se fauere prę se ferāt. Legatos nostros ab Antonio despectos esse & irrisos facile patiantur. Legatum antonij subleuatum velint. Huic enim reditum ad antonium prohiberi negabant oportere: & in eodem accipiendo sententiam meā corrigebant, quibus geram morem? Redeat ad Imperatorem suum Varius: sed ea lege ne vnq̄ Romam reuertatur. Cęteris autē si errorē suū deposuerint: & in. R. P. gratiā redierint veniam & impunitatē dandam puto. Quas ob res ita cēseo: eorum qui cum. M. antonio sunt: qui ab armis discesserint: & aut ad Pāsam aut ad Hircium Consu. aut ad Decium Brutū imperatorē. Consu. designatum: aut ad. C. Cæsarem propretorem ante idus Martias adierint eis fraudi ne sit q̄ cum. M. antonio fuerint. Si quis eorum qui cum. M. antonio sunt: fecerit. Quo honore: p ræmio ue quis dignus esse videatur, vti. C. Pāsa. Hircius consul alter, amboue si eis videatur: de

eius honore/premio quoq; die ad Senatũ referant. Si quis post hęc ad antonium profectus fuerit præter. L. Varium Senatum existimaturum eum contra. R. P. fecisse.

M. T. C. in. M. Antonium.

Philippica. IX.



Ellẽ dij immortales fecissent. P. C. vt viuo potius Ser. Sulpitio gratias ageremus: quã mortuo honores quęrerem? Necvero dubito quin si ille vir renũtiare legationẽ potuisset & reditꝰ eius vobis gratus fuerit: &. R. P. Salutaris futurus. non quod. L Philippo: &. L. Pisoni: aut studiũ / aut cura defuerit in tanto officio tãtoq; munere. Sed cum Ser. Sulpitius ætate illis anteiret: sapiẽtia omnibus / subito ereptus totam legationem orbam: & debilitatã reliquit. Quod si cuiq̃ iustus honos habitus est in morte legato: in nullo iustior q̃ in Ser. Sulpitio reperietur. Ceteri qui in legatione mortem obierunt: ad incertũ vitę periculũ sine vllo mortis metu profecti sunt. Ser. Sulpitius cũ aliqua perueniendi ad. M. Antoniũ spe profectus est: nulla reuertẽdi. Qui cũ ita affectus esset: vt si ad grauẽ valitudinem labor is accessisset: sibi ipsi diffideret: nõ recusauit quo

minius vel in extremo spiritu si quã opem. R. P. ferre posset, experiretur: itaq; nõ illũ vis hyemis: non niues, non longitudo itineris, non asperitas viarum: nõ morbus ingrauescens retardauit. Cumq; iam ad congressum colloquiũq; eius peruenisset: ad quẽ erat missus: in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris excessit e vita: vt igitur alia sic hoc Pãsa præclare q nos ad ornandũ Ser Sulpitiũ cohortatus es: & ipse multa dixisti copiose de illius laude: quibus a te dictis nihil preter sententiam dicerem nisi. P. seruilio respõdendum putarem: qui hũc honorẽ statuæ nemine tribuendũ censuit: nisi qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autẽ P. C sic interpretor sensisse maiores nostros vt causam mortis censuerint: non genus esse quærendũ. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentũ extare voluerũt vt in bellis periculosis obirent hoies legationis munus audacius. Nõ igitur exẽpla maiorũ quęrẽda: sed cõsiliũ est eorũ a quo ipsa exempla nata sunt explicãdũ. Lartes Toluni⁹ Rex veientũ quatuor legatos po. Ro. Fidenis interemit quorũ statuę in rostris steterũt vsq; ad nostrã memoriã: iustus honos, iis. n. maiores nostri qui ob rẽp. mortẽ obierãt, pro breui vita diuturnã memoriã reddiderũt. Cn. n. Octauij clari & magni viri qui primus in eã familiã quę postea viris fortis

ſimis floruit/attulit conſulatũ ſtatuã vide-
mus in roſtris:nemo tũ nouitati inuidebat:
nemo virtutẽ nõ honorabat. At ea fuit lega
tio Octauij in qua periculi ſuſpitio non ſub-
eſſet. Nã cũ eſſet miſſus a ſenatu ad animos
Regũ perſpiciendos liberorũq; populorum:
maximeq; vt nepotẽ Antiochi Regis: qui cũ
maioribus noſtris bellũ geſſerat: claſſes ha-
bere: elephantos alere prohiberet: Laodiceę
in gymnaſio a quodã Leptine eſt interfect9.
Reddita eſt ei tũ a maioribus ſtatua pro vi-
ta quę multos per annos progeniem eius ho
neſtaret: nunc ad tantę familiæ memoriam
ſola reſtaret. Atq; & huic & Tullio Clodio:
&. L. Roſcio: &. Sp. Antio: &. C. Fulcinio q
a Veientium Rege cęſi ſunt non ſanguis qui
profuſus eſt in morte: ſed ipſa mors ob rẽpu.
habita honori fuit. Itaq;. P. C. ſi Ser. Sulpi
tio caſus mortem attuliſſet: dolerem equidẽ
tanto. R. P. vulnere mortẽ vero eius monu-
mentis & luctu publ. eſſe honorãdã putarẽ.
Nũc aũt qs dubitat: quin ei vitã abſtulerit
ipſa legatio: ſecũ em̃ ille mortẽ extulit quã
ſi nobiſcũ remãſiſſet/ ſua cura: optimi filij/ fi
deliſſimæq; cõiugis diligẽtia/ vitare potuiſ-
ſet. At ille cũ videret ſi veſtre auctoritati nõ
paruiſſet: diſſimilẽ ſe futuꝝ ſui: ſi paruiſſet
mun9 ſibi illud: pro rep. ſuſceptũ vitę finẽ al
latuꝝ/ maluit i maxio. R. p. diſcrimine mori
q̃ min9 q̃ potuiſſet videri. R. p. profuiſſe. mul

tis illi in vrbib⁹ qua iter faciebat reficiēdi se & curandi potestas fuit: aderat & hospitū inuitatio liberalis: pro dignitate sūmi viri & eorum hortatio qui vna erāt missi ad requiescendum: et vitæ suæ consulendum. At ille properans festinansq; mandata nostra conficere cupiens in hac constantia morbo aduersante perseuerauit. Cuius cum aduētu maxime pturbatus esset Antonius: quod ea quæ sibi iussu nostro denūciarētur: auctoritate erant & sententia Ser. Sulpitij constituta: declarauit q̄ odisset senatum: cum auctorem senatus extinctum læte atq; insolenter tulit. Non igitur magis Octauiū Leptines: nec Verentium Rex eos quos modo nominaui: quam Ser. Sulpitium occidit antonius. Is. n. profecto mortem attulit: qui causa mortis fuit. Quo circa ad posteritatē etiam memoriam pertinere arbitror extare quod fuerit de hoc bello iudicium Senatus. Erit enim statua ipsa testis bellum tam graue fuisse vt legati interitus honoris memoriam consecutus sit. Quod si excusationem Ser. Sulpitij. P. C. legationis obeundæ recordari volueritis: nulla dubitatio relinquetur quin honorem mortuo: cui iniuriam viuo fecimus: faciamus. Vos enim P. C. graue dictu est: sed dicendum tamen vos inquā Ser. Sulpitium vita priuastis. Quem cū videretis se magis morbo q̄ oratione excusā-

tem: non uos quidem crudeles fuistis? Quid enim minus in hunc ordinem conueuit? Sed cum speraretis nihil esse quod non illius au ctoritate & sapientia effici posset: vehementius excusationi obstitistis: atq; eum qui semper vestrum consensum grauissimũ iudicauisset: de sententia deiecistis. Vt vero Pansæ cõsulis accessit cohortatio grauior q̃ aures. Ser. Sulpitij ferre didicissent tũ filium meq; seduxit: atq; ita locutus est: vt auctoritatẽ vestrã vitæ se diceret anteferre. Cuius nos virtutẽ admirati nõ ausi sumus aduersari eius voluntati: mouebatur singulari pietate filius: nõ multum perturbationi eius meus dolor cõcedebat: sed vterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisq; grauitati: cum quidem ille maxima laude & gratulatione omniũ vestrum pollicitus est se quod velletis / esse facturum: neq; eius sententiæ periculũ vitaturũ: cuius ipse auctor fuisset: quem exequi mandata vestra properantẽ mane postridie prosecuti sumus qui quidẽ discedens mecũ ita locutus est: vt eius oratio omẽ fati videretur. Reddite igitur. p. C. ei vitã: cui ademistis. Vita eñ mortuorum in memoria viuorum est posita: perficite vt is quem vos ad mortem inscij misistis: immortalitatem habeat a vobis. Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis / nulla ei⁹ legatiõis posteritatẽ inobscurabit

obliuio. Nam reliqua Ser. Sulpitij vita erit multis pręclarisq; monumentis ad omnē memoriam cōmēdata: semper illius grauitatē: constantiam, fidem, pręstantiam: in. R. P. tuenda curam atq; prudentiam omniū mortaliū fama celebrabit. Nec vero silebitur admirabilis quędā & incredibilis & pene diuina eius in legibus interpretandis: æquitas: explicādis sciētia: omnes ex omni ætate qui in hac ciuitate intelligentiam iuris habuerunt: si vnum in locum conferātur: cū Ser. Sulpitio non sunt comparandi. Neq; eñi ille magis Iurisconsultus q̄ iustitię fuit. Itaq; q̄ proficiscebantur a legib⁹ & a iure ciuili semper ad facilitatē æquitatēq; referebat. Neq; constituere litium actiones malebat; q̄ cōtrouersias tollere. Ergo hoc statuæ monumēto non eget: habet alia maiora. Hæc enim statua honestæ mortis testis erit: illa memoria vitę gloriosæ: vt hoc magis monumentū gratiæ senatus, q̄ clari viri futurū sit. Multum etiam valuisse ad patris honorē pietas filij videbitur: qui quanq̄ afflictus luctu nō adest tamen sic animati esse debetis vt ille si adesset. Est. n. ita affect⁹ vt nemo vnq̄ vnici filij mortē magis doluerit: q̄ ille mœret patris: equidem & ad famam Ser. Sulpitij filij arbitror attinere: vt videatur honorē debitū patri præstitisse: q̄q̄ nullum monumētū clarius Ser. Sulpitius relinquere potuerit: quā

effigiem morum suorum, virtutis, constãtię, pietatis, ingenij, filiũ: cuius luctus aut hoc honore vestro: aut nullo solatio leuari potest. Mihi autẽ recordanti Ser. Sulpitij multos in nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur siqs est sensus in morte ænea statua futura: & ea pedestris: magis q̃ inaurata equestris: qualis. L. Syllę prima statua est. magnifice enim Ser. Sulpitius maiorum continẽtiam diligebat: huius seculi insolẽtiam vituperabat. Vt igitur si ipsum consulem quid velit, sic pedestrem ex ęre statuã tanq̃ ex eius auctoritate & voluntate decerno: quequidẽ magnũ ciuium dolorem & desiderium honore monumenti minuet et leniet, atq; hanc meam sententiã. P. C. P. Seruilij sententia probari necesse est: qui sepulchrum publice decernendum. Ser. Sulpitio censuit: statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde atq; ferro nullum honorem desiderat: cur decernit honorem sepulturę: qui maximus haberi potest mortuo. Sin id tribuit Seruio Sulpitio quod nõ est datum. Cne. Octauio: cur quod illi datum est: huic dandum esse non censet? maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt; Sepulchra paucis. Sed statuæ intereunt tempestate vi vetustate: Sepulchrorum autem sanctitas in ipso solo est: quod nulla vi moueri neq; deleri potest. Atq; vt cetera extin-

guntur: sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. Augeatur igitur isto etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest grati simus in eius morte decorãda, cui nullam aliam gratiam referre iam possum⁹ Notetur etiam Antonij nefarium bellũ gerentis scelerata audacia. His enim honoribus habitis. Seruio Sulpitio repudiatæ refectæq; legationis ab Antonio manebit testificatio sempiterna. Quas ob res ita senseo, cum Ser. Sulpitius Quinti filius Lemoni⁹ Rufus difficillimo. R. P. tempore graui periculosoq; morbo affectus auctoritatem Senatus: salutemque reipub. uitæ suæ præposuerit, contraq; vim, grauitatemq; morbi cõtenderit: vt ad castra Antonij: quo senatus eum miserat: perueniret. Isq; cum iam prope castra venisset: vi morbi oppressus vitã amiserit in maximo reipub. munere: eiusq; mors cõsentanea vitę fuerit sanctissime: honestissimeq; actę: in qua sæpe magno vsui reipub. Ser. Sulpiti⁹ & priuatus: & in magistratibus fuerit: cum talis vir ob rempub. in legatiõe mortem obierit: senatui placere Ser. Sulpitio statuã pedestrem æneam in rostris ex huius ordinis sententia statui: circumq; eã statuam locũ gladiatoribus, ludisq;, liberos, posterosq; eius quaq; versus pedes quinq; habere: q hic ob rempu. mortem obierit: eaq; causam in basi inscribi: vtiq;. C. Pansa. A. Hircius consules

eius consules alter amboue si eis videbitur quæstoribus vrbis imperent: vt eam basim statuamque faciendam: et in rostris statuendam locent: quantique locarint tantam pecuniam redemptori soluendam: attribuendamque curent. Cũque antea senatus auctoritatem in virorum fortium funeribus: ornamentisque ostenderit: placere eum quam amplissime suppremo suo die efferri: & cum Ser. Sulpitius. Q. F. lemonius Rufus. ita de R. P. meritus sit: vt his ornamẽtis decorari debeat: Senatũ censere: atque e. R. P. existimare Ediles Curules edictum de funeribus habeant. Ser. Sulpitij. Quin. F. Lemonij Rufi funeri mittere vtique locum sepulchro in Campo Esquilino. C. Pansa consul: seu quo in loco videtur pedes triginta quaq; versus designet: quo Seruius Sulpitius inferatur Quod sepulchrum ipsius liberorum posterorũque eius sit: vti quod optimo iure sepulchrum publice datum est.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. X.



Aximas tibi Pãsa gratias omnes & habere & agere debem⁹: qui cum hodierno die senatũ te nõ habiturũ arbitraremur: vt. M. Bruti prestantissimi ciuis litteras accepisti; ne mini-

mam quidem morã interposuisti: quin q̃ pri-
mum maximo gaudio & gratulatiõe frueremur:
cum factum gratum omnibus debet esse
tum vero oratio: qua recitatis litteris vsus
es. Declarasti enim verum esse id quod ego
semper sensi: Neminem alterius: qui suæ cõ-
fideret virtuti inuidere. Itaq; mihi qui plu-
rimis officijs sum cum bruto & maxima fa-
miliaritate coniunctus: minus multa de illo
dicenda sũt quas enim partes ipse mihi sũp-
serã: eas præoccupauit oratio tua. Sed mihi
P.C. necessitatẽ attulit paulo plura dicendi
sententia eius qui rogatus est ante me a quo
ita sępe dissẽtio: vt iã verear/ne id quod mi-
nime fieri debet: minuere amicitiam nostrã
videatur perpetua dissensio. Quæ est enim
ista tua oratio Calene? q̃ mens? qui nunquã
post Kal. Iañ. idem sẽseris: quod is qui te sẽ-
tentiam prius rogat. Cur nunquam tã fre-
quens Senatus fuit q; vnus aliquis tuam
sententiam secutus sit? Cur semper tui dis-
similes defendis? Cur cum te & vita & for-
tuna tua ad ocium & ad dignitatem inuitet/
ea probas: ea decernis: ea sentis: quę sũt ini-
mica & ocio communi et dignitati tuæ? Nã
vt superiora omittam: hoc certe: quod mihi
maximam admirationem mouet: nõ tacebo
Quod enim tibi cum brutis bellum? cur eos
quos omnes venerari debem⁹: solus oppug-
nas? Alterum circunsederi non moleste fers:

alterũ tua sententia spolias his copiis: quas ipse suo labore & periculo ad. R. p. non ad suum præsidium per se nullo adiuuante confecit. Quis est iste tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos vt non probes. antonios probes quos omnes carissimos habent / tu oderis? quos acerbissime omnes oderunt / tu constantissime diligas? amplissimæ tibi fortunę sũt summus honoris grad⁹ / filius vt & audio: et spero natus ad laudem / cui cum. R. p. causa faueo / tum & tua. Quæro igitur eum Brutine similem malis an antonii? ac permitto vt de tribus antoniis eligas quem velis. D. Brutus melior est inquies. Cur igitur nõ his faues? Eos laudas: quorum similem filium tuum esse vis: simul enim. R. p. consulis et proponis illa exempla ad imitandum. Hoc vero. Q. Fusi copiosius sine offensione nostrę amicitiæ sic tecum ut a te dissentiens Senator quæro: Ita. n. dixisti & quidem de scripto. Nam te inopia verbi lapsum putarem: nisi tuã in dicendo facultatem nossem / litteras Bruti recte & ordie scriptas videri: quod qd est aliud / q̃ librariũ bruti laudare nõ brutũ. Vsũ in. R. p. Calene magnũ iam habere & debes et potes. qñ ita decerni vidisti aut quo. S. C. hui⁹ generis: sũt eñi innumerabilia / bene scriptas literas decretũ a senatu: quod verbũ tibi non excidit (vt sępe fit) fortuitu: scriptũ / meditatũ / cogitatum / attulisti / hanc

tibi consuetudinē plerisque in rebus bonos obtrectandi; siquis detraxerit qui tibi velit obtrectare; non relinquetur. Quamobrem collige te: placaque animum aliquando: & mitiga. Audi uiros bonos: qbus vteris multum/loquere cum sapientissimo homine genero tuo sepius: quam tu ipse tecum; tum denique amplissimi honoris nomen obtinebis. ‸n vero hoc pro nihilo putas: in quo eqdē pro amicitia tua iure dolere soleo/efferri hæc foras: & ad. P. R. aures peruenire: ei qui primus sētentiam dixerit: neminem esse assensum: quod etiam hodie futurum arbitror. Legiones abducis a Bruto/quas nempe illas quas ille ab Antonij scelere auertit, & ad R. P. sua auctoritate traduxit. Rursus igitur vis illum nudatū atque solum ab rep. relegatū videri. Vos autem. p. C. si. M. Brutum deserueritis & prodideritis/quem tandē ciuem habebitis: quem ornetis: cui fauebitis: nisi forte eos: qui diadema posuerūt cōseruandos/eos qui nomen regis sustulerunt deserendos putatis. Ac de hac quidem diuina: atq; immortali laude Bruti silebo quæ gratissima memoria omnium ciuium inclusa: non dum auctoritate publica testata est: tantā ne patientiam dij boni: tantam moderationem: tantam in iniuria tranquillitatem & modestiam: qui cum prætor vrbanꝰ esset vrbe caruit; ius non dixit: cū omne ius

p.R. recuperasset. Cūq; cōcursu quotidiano bonorum omnium: qui admirabilis ad eum fieri solebat: presidioq; Italiæ cunctæ septus posset esse: absens iudicio bonorū defensus esse maluit: quā præsens manu qui ne apollinares quidē ludos pro sui. P. q;. R dignitate apparatos: presens fecit: nequam viam patefaceret sceleratorū hominum audaciæ q̄q̄ qui vnquam aut ludi: aut dies lætiores fuerunt, quā cū singulis versibus. p. R. maximo clamore & plausu Bruti memoriā prosequebatur? Corpus aberat liberatoris / libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni videbatur. At hunc his ipsis ludorum diebus videbā in insula clarissimi adolescētis Luculli propinqui sui nihil nisi de pace & concordia ciuium cogitantem: eundē vidi postea Veliæ cedentē italia: ne qua oriretur belli ciuilis causa propter se. O spectaculum illud nō mō hominibus: sed vndis ipsis: & littoribus luctuosum: cedere e patria seruatorem eius: manere in patria perditorem. Cassius lapsis paucis post diebus cōsequebatur: vt me puderet. P. C. in eā vrbem redire: ex qua illi abirēt. Sed quo cōsilio redierim initio audistis: post estis experti. Expectatū igitur tp̄s a Bruto est: nā quoad vos omnia pati vidit: vsus est ipse incredibili patiētia: posteaq̄ vos ad libertatē sensit erectos: præsidia vestræ libertati parauit. At cui pesti:

quantęq; restitit? Si enim C. Antonius quod animo intenderat perficere potuisset /potuisset autem: nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset macedoniã/Illiricũ/Gręciã/perdidissemus: esset vel receptaculũ pulso antonio vel agger oppugnandæ Italiæ gręcia: q̃ quidẽ nũc. m. Bruti Imperio/auctoritate/copiis non instructa solũ: sed etiã ornata tetẽdit dextrã Italiæ/suumq; ei pręsidiũ pollicetur. Quod qui ab illo abducit/exercitũ pulcherrimũ: & præsidiũ firmissimũ adimit. R. p. Equidem cupio hæc q̃primum antoniũ audire vt intelligat nõ. D. Brutũ quẽ vallo circumsedeat/sed seipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarũ. Habet inimicissimã Galliã/eos etiã quibus cõfidebat: alienissimos Transpadanos: Italia omnis infesta est/exteræ nationes a prima ora Græciæ vsq; ad ægyptũ optimorũ & fortissimorũ ciuiũ imperiis & pręsidiis tenetur. Erat enim spes vna in antonio: qui duorũ fratrũ ætatibus medius interiectus vitiis cũ vtroq; certabat/qui tanq̃ extruderetur a senatu in macedoniã: & quasi nõ cõtra prohiberetur proficisci ita cucurrit/quæ tẽpestas dii immortales/quę flamma/quæ vastitas/quæ pestis græcie fuisset: nisi incredibilis vis ac diuina virtus Cæsaris furentis hominis conatum/atq; audaciam compressisset. Quæ celeritas illa Bruti: quę cura/q̃ virtus/& si ne illa qdẽ

antonij celeritas cōtēnēda ē: quē nisi in via caducę hęreditates retardassent: volasse eū, nō iter fecisse diceres, alios ad negocium publicū ire cū cupimus, vi solemus extrudere, hūc retinētes exclusimus. at quid ei cū apollonia, quid cū Dirrachio? quid cū Illyrico? quid cum. P. Vatinij imperatoris exercitu. Succedebat (vt ipse dicebat) Hortensio? certi fines Macedonię, certa cōditio, certissimo modo erat, iā illius exercitus, cū illirico vero: cū Vatinij legionib⁹ quid erat Antonio: ac ne cū Bruto quidē: id enim fortasse quispiā improbus dixerit, oēs legiōes, oēs copię quę vbiq; sunt. P. R. sunt: neq; enim legiōes quæ Antoniū reliquerūt: Antonij potius q̄ R. p. fuisse dicūtur: oēs enim exercitus & imperij ius amittit is: qui eo imperio & exercitu. R. p. oppugnat. Quod si ipsa. R. p. iudicaret: aut si omne ius decretis eius statueretur. Antonio ne, an Bruto legiones. p. R. ad iudicaret: alter aduolaret subito ad direptionē, pestemq; sociorū, & quacunq; iret oia vastaret, diriperet, auferret: exercitu po. ro. contra ipsum po. ro. vteretur: alter vero eā sibi legē statueret: vt quocunq; venisset: lux venisse quædam & spes salutis videretur: deniq; alter ad vertendam reipub. pręsidia quęrebat: alter ad conseruandam. Nec vero hoc non magis videbamus: quā ipsi milites: a quibus tanta in iudicando prudentia non

erat postulanda: cũ septẽ cohortibus Appolinam isse scribit Antoniũ: qui iam aut captus est: quod dij dent aut certe homo verecũdus in Macedoniã non accedit: ne cõtra Senatum fecisse videatur. Delectus habitus in Macedonia est summo Hortensij studio & industria. Cuius animum egregiũ: dignumq; & ipso & maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis. Legio quam. L. Piso ducebat legatus Antonij Ciceroni se filio meo tradidit. Equitatus qui in Syriã ducebatur bipartito: alter eũ: a quo ducebatur reliqt in Thessalia: seseq; ad Brutum contulit: alterum in Macedonia. Cn. Domitius adolescens summa virtute & constãtia: ab legato Syriaco abduxit. P. autem vatinius qui decimo anno iure laudatus a nobis: & hoc tẽpore merito laudãdus est: aperuit Dirrachij portas Bruto: & exercitum tradidit. Tenet igitur. P. R. macedoniã: tenet Illyricũ: tuetur Græciam: nostræ sunt legiones: nostra leuis armatura: nostri equitat⁹, maximeq; noster est Brutus: semperq; noster: cũ sua excellentissima virtute. R. P. natus: tũ fato quodam paterni: materniq; generis & nominis. Ab hoc igitur quisquã bellũ timet? qui antequã nos id coacti suscepimus in pace iacere: q̃ in bello vigere maluit: quãquã ille quidem nunquã iacuit: nec hoc cadere verbũ in tantam virtutis præstantiã potest. Erat. n.

in desyderio ciuitatis: in ore/in sermone om niũ: tantum autem aberat a bello: vt cũ cupiditate libertatis Italia arderet: desuerit ciuiũ studiis potius q̃ eos in armorũ discrimen adduceret. Itaq; illi ipsi si qui sunt: qui tarditatem Bruti reprehendãt: tamen eiusdem moderationem patientiamq; mirẽtur. Sed iam video quid loquãtur: neq;. n. id occulte faciunt: timere se dicunt quomodo ferant Veterani exercitũ Brutũ habere: quasi vero quicq̃ intersit inter. A. Hircii. C. Pãsæ. D. Bruti. C. Cæsaris: & hũc exercitũ. M. Bruti. Nã si quatuor exercitus ii: de quibus dixi: propterea laudãtur ꝙ pro. P. R. libertate arma ceperunt: quid est cur. M. Bruti exercitus nõ in eadem causa reponatur? At n. Veteranis suspectum est nomẽ. M. Bruti magis q̃. D. Equidem non arbitror: & si est Brutorũ cõmune factum & laudis societas: æquius. D. tamen Bruto irati sunt omnes ii qui id factum dolebãt: quo minus ab illo rẽ illã dicebant fieri decuisse. Quid ergo nunc agunt tot exercitus: nisi vt obsidione Brut' liberetur: qui autem hos exercitus ducũt: ii credo qui Cęsa. res actas euerti: qui causam veteranorum prodi nolunt. Si ipse viueret Cęsar actius credo acta sua defenderet: quã vir fortissimus defendit Hircius: aut amicior causę potest inueniri: q̃ filius? At eorum alter nondum ex longinquitate grauissimi

morbi recreatus quicquid habuit virium:id in eorũ libertatem contulit: quorum votis iudicauit se a morte reuocatum. Alter virtutis robore firmior quam ætatis:cum istis ipsis veteranis ad.D. Brutum liberandum profectus est. Igitur certissimi ijdemq; Cęsaris auctorũ patroni pro.D.Bruti salute bellum gerunt:quos veterani sequũtur. De libertate enim.P.R. non de suis commodis armis decernendum vident: quid est igitur cur ijs qui.D.Brutum omnibus copijs conseruatum velit.M.Bruti sit suspectus exercitus? An vero siquid eẽt quod a.M.Bruto timẽdum videretur/Pãsa id nõ videret? Aut si videret nõ laboraret? quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum? aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui huius animum erga.M.brutum studiumq; vidistis: precepit oratione sua quid decernere nos de bruto: quid sentire oporteret: tantumque abfuit vt periculosum.R.P.M. bruti putaret exercitum:vt in eo firmissimũ R.P.presidium & grauissimũ poneret. Scilicet hec Pansa aut non videt(Hebeti enim ingenio est)aut negligit: que enim Cæsar ęgit ea rata esse non curat: de quibus confirmandis & sanciendis legem comitijs centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. Desinãt igitur:aut ij qui nõ timẽt:simulare se timere:sed prospicere reip.aut ij q omnia

verētur: nimiū esse timidi/ne illorū simulatio hoꝶ sit ignauia. Quę malū est ista ratio: sēp optimis causis vteranorū nomē oppone re: quorū etiā si amplecteret virtutes (vt facio) tñ si essent arrogātes: non possem ferre fastidiū. At nos conātes seruitutis vincula rūpere impediet: si quis veteranos id nolle dixerit: nō sunt. n. credo innumerabiles qui pro cōmuni libertate arma capiāt: nemo est præter veteranos milites vir qui ad seruitutē propulsandā ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare. R. p. freta veteranis sine magno subsidio iuuētutis: quos quidē libertatis adiutores cōplecti debetis: seruitutis auctores sequi nō debetis. Postremo. n. erūpat aliquādo vera & me digna vox: si veteranorū nutu mentes huius ordinis gubernātur: oia q; ad eorū voluntatē dicta factaq; nostra referuntur: optāda mors est: quæ ciuib⁹ Ro. semper fuit seruitute potior. Oīs est misera seruitus: sed fuerit quędā necessaria: & quod nā principiū putatis libertatis capescendę: an cū illum necessariū & fatalem pene casum non tulerimus: hunc feremus voluntarium: tota Italia desiderio libertatis exarsit: seruire diutius non potest ciuitas. Serius. P. R. hunc vestitum atq; arma dedimus: quā ab eo flagitati sumus. Magna nos quidem spe & prope explorata libertatis causam suscepimus. Sed vt cōcedā incertos

exitus esse belli: Martemq; cõmunem: tamẽ pro libertate vitę periculo decernendũ est. Non enim in spiritu vita est: sed ea nulla est omnino seruiẽti. Omnes. n. nationes serui=tutem ferre possunt: nostra ciuitas nõ potest Nec vllam aliã ob causam nisi ꝙ illę laborẽ doloremq; fugiunt quibus vt careãt: omnia perpeti possunt: nos ita a maioribus institu ti atq; imbuti sumus: vt omnia consilia atq; facta ad virtutẽ atq; dignitatem referam⁹. Ita præclara est recuperatio libertatis: vt ne mors quidem sit in repetẽda libertate fu giẽda. Quod si immortalitas cõsequeretur presentis periculi fugã: tñ ea magis fugien-da esse videretur / quo diuturnior esset serui-tus. Cum vero dies & noctes omnia nos vn-diq; fata circunstent: non est vestri / nominisq; Romani dubitare eum spiritum quẽ naturæ quis debeat: patriæ reddere. Concurritur vn diq; ad cõmune incendium restinguendũ: ve teraniq; primi Cæsaris auctoritatem secuti: conatum Antonij repulerunt. Post eiusdem furorem martia legio fregit: quarta afflixit sic a suis legionibus condẽnatus irrupit in Galliã: quã sibi armis animisq; infestam in-imicãq; cognouit. Hũc A. Hircij. C. Cæsaris exercitus insecuti sunt. Post pansę delectus vrbem totamq; Italiã erexit. Vn⁹ est omniũ hostis: q̃q̃ habet secũ. L. Fratrẽ carissimum R. p. ciuem. Cuius desyderium ciuitas ferre

diutius non poteſt. Quid illa tetrius belua: quid immanius? qui ob eā cauſam natus videtur: ne omniū mortalium turpiſſim' eſſet Antonius. Eſt vna trebellius: qui iam cū tabulis nouis redit in gratiam. T. Plancus cæteri pares qui id pugnant: id agunt: vt cōtra remp. reſtituti eſſe videantur: ſollicitāt homines imperitos: Saxas & Caphones ipſi ruſtici atq; agreſtes: qui hanc remp. nec viderūt vnq̄: nec videre conſtitutam volunt? qui nō Cæſaris: ſed Antonij acta defendunt: quos auertit agri Campani infinita poſſeſſio. Cuius eos nō pudere miror cum videant ſe mimos & mimas habere vicinos. Ad has peſtes opprimendas quid eſt: cur moleſte feramus quod. M. Bruti acceſſit exercitus? immoderati credo hominis & turbulenti vide ne nimium pene patientis & ſi in illius viri conſilijs atq; factis nec nimiū: nec parū vnq̄ fuit. Omnis volūtas. M. Bruti. P. C. omnis cogitatio, tota mēs auctoritatē ſenatus libertatem po. ro. intuetur. Hęc habet propoſita Hæc tueri vult: tentauit quid patiētia proficere poſſet: nihil cū proficeret: cōtra vim experiendum putauit. Cui quidem. p. C. vos idem tribuere hoc tempore debetis: quod ad xiij. Kal. Ian. D. Bruto: &. C. Cæſari me auctore tribuiſtis: quorū priuatum de. R. p. cōſilium & factum auctoritate veſtra eſt comprobatum atq; laudatum: quod idem in. M.

Bruto facere debetis: a quo insperatum & repētinum. R. P. præsidium legionum: equitatus auxiliorum magnę & firmæ copie cōparatæ sunt; adiungendusque est. Q. Hortēsius: qui cum Macedoniā obtineat: adiutorē se Bruto ad cōparādū exercitū fidelissimū & cōstātissimū præbuit. Nā de Apuleio separatim censeo referendum cui testis est per litteras Brutus: eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. Quæ cum ita sint: quod C. pansa Cons. verba fecit de litteris: quę a. Q. Cepione Bruto proconsu. allate: & huic ordini recitatæ sunt: de ea re ita censeo: cum Q. Cepionis Bruti procon. opera: consilio: industria: & virtute difficillimo R. P. tempore prouinciam Macedoniā Illyricum; cunctam Gręciam: et legiones exercitus: equitatus in Cons. S. P. Q. R. potestate sunt: id. Q. Cepionem Brutum procōs. bene & e. R. p. & suam maiorūq; suorū dignitate cōsuetudineq; R. p. bene gerendę fecisse: eamq; rem senatui. P. Q. R. gratam esse & fore. vtq; Q. Cepio Brutus procons. prouinciam Macedoniam, Illyricū: totāq; Gręciā tueatur defendat, custodiat, incolumēq; seruet: eiq; exercitui: quē ipse constituit: cōparauit, præsit, pecuniaq; ad rē militarem: si qua opus sit quę publica sit: & exigi possit vtatur, exigat, pecuniasq; a quibus videtur ad rem militarem mutuas sumat, frumentū

imperet, operamq; det vt cum suis copiis q̃ proxime Italiam sit. Cumq; litteris Q. Cepionis Bruti proconsf. intellectum sit Q. Hortensii proconsf. opera & virtute vehementer R. p. adiutam, omniaq; eius consilia cum cõsiliis Q. Cepionis Bruti proconsf. coniuncta fuisse: eamq; rem magno vsui reip. fuisse Q. Hortensiũ proconsf. recte & ordine exq; rep. fecisse, Senatuiq; placere Q. Hortensiũ proconsf. cum Q. Cepione proconsf. & legatis suis Macedoniam prouinciã obtinere quo ad ex C. S. successum sit.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. XI.



Agno in dolore sum. P. C. vel mœrore poti⁹: quẽ ex crudeli & miserabili morte. C. Trebonii optimi ciuis moderatissimiq; hominis accepimus. Inest tamen aliqd: quod R. P. profuturum putẽ. perspeximus. n. quanta in iis qui cõtra patriam scelerata arma ceperunt inesset immanitas. Nam duo hæc

capita nata sunt post homines natos teter-rima & spurcissima Dolobella & Antonius: quorum alter effecit: quod optabat: de altero patefactũ est: quod cogitaret. L. Cinna crudelis. C. Marius in iracundia perseuerans. L. Sylla vehemens: neque vllius horũ in vlciscendo acerbitas progressa vltra mortem est: quæ tamen pœna in ciues nimis crudelis putabatur. Ecce tibi geminum in scelere par: inusitatum: inauditum: ferum: barbarũ. Itaq; quorũ summũ quōdā inter ipsos odiũ bellũq; meministis: eosdē postea singulari inter se consensu & amore deuinxit impurissimę naturę & turpissimæ vitę similitudo. Ergo id quod fecit Dolobella in quo potuit: multis idem minatur Antonius: ille cũ procul abesset a Cons. exercitibusq; nostris nec dum Senatum cum. P. R. conspirasse sensisset: fretus Antonij copiis ea scelera suscepit: quæ iam Romæ suscepta arbitrabatur a socio furoris. Quid ergo hunc aliud moliri? quid optare censetis? aut quam omnino causam esse belli? omnes qui libere de R. P. sensimus: qui dignas nobis sententias diximus: qui. P. R. liberum esse voluimus: statuit ille quidem non inimicos sed hostes: maiora in nos q̄ in hostem supplicia meditatur: mortē naturæ pœnam putat esse iracundiæ tormentum atque cruciatum. Qualis igitur hostis habēdus est is: a quo victore

si cruciatus

si cruciatus absit: mors in beneficii partem numeretur? Quamobrem. P.C quanquam hortatore non egetis: ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ cupiditatem: tamen eo maiore studio libertatem defendite: quo maiora proposita victis supplicia seruitutis videtis. In Galiam inuasit Antonius: in Asiam Dolobella: in alienam vterque prouinciam. Alteri se Brutus obiecit: impetumque furentis atque omnia diuexare et diripere cupientis vitæ suæ periculo colligauit: a progressu arcuit: a reditu refrenauit: obsideri se passus: ex vtraque parte constrinxit Antonium. Alter in Asiam irrupit cursim: ut in Syriã patebat via certa neque longa. Quid opus fuit cum legione præmisso Marso nescio quo octauio scelerato latrone atque egente: qui popularetur agros: vexaret vrbes: non ad spem constituendæ rei familiaris: quam tenere eum posse negant qui norunt: mihi. n. hic Senator ignotus est: sed ad præsentem pastum mendicitatis suę: consecutus est Dolobella nulla suspicione belli. Quis enim id putaret? Secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio: complexusque summæ beniuolentiæ: falsi indices extiterunt in amore simulato: dexteræ quæ fidei testes esse solebant: perfidia sunt & scelere violate. Qui nocturnus introitus in Smyrnã: quasi in hostium vrbẽ:

quæ est fidelissimorum antiquissimorumq; sociorum. Oppressus Trebonius si vt ab eo qui aperte hostis esset / incaut9. si vt ab eo q ciuis etiã tũ speciẽ haberet: miser. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit: quid esset victis extimescendum. Cõsularem hominem consulari imperio prouinciam asiam obtinentem Samario exuli tradidit: interficere statim captum noluit / ne nimis credo in victorijs liberalis videretur / cum verborum contumelijs optimum virũ incesto ore lacerasset / tum verberibus ac tormentis: questionem habuit pecuniæ publicę / (idque per biduum) post autem ceruicibus caput abscidit: idq; fixum gestari iussit in pilo. Reliquum corpus tractum atque laceratum abiecit in mare. Cum hoste hoc bellandum est / cuius deterrima crudelitate omnis barbaria superata est. Quid loquar de cæde ciuium. Ro. de direptione fanorum? quis est q pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? & nunc tota asia vagatur / volitat vt Rex / nos alio bello distineri putat / quasi vero non vnũ idemq; bellum sit cõtra hoc iugum impiorum nefarium. Imaginẽ Antonij crudelitatis in Dolobella cernitis / ex hoc illa effecta est / ab hoc illa Dolobellæ scelerum præcepta sunt tradita Hunc leniorem quam in asia Dolobella fuit / in Italia / si liceat fore: putatis antoniũ? Mihi

quidē & ille peruenisse videtur: quo ad progredi potuerit feri hominis amentia. Neque Antonius vllius supplicij adhibendi: si potestatem habeat: vllam partem est relicturus. Ponite igitur āte oculos: Patres. C. miserā quidem illam & flebilem speciem: sed ad incitandos animos vestros necessariam, nocturnū impetū in vrbē asię clarissimā: irruptionē armatorū in Treboniȷ domū: cū ille miser prius latronū gladios videret: q̄ quæ tēs q̄ res esset, audisset furētis itroitū, Dolobellę vocē impurā, atq; os illud ifame vincula, verbera, eculeū, carnificē, tortorēq; samariū q̄ tulisse illū fortiter & patiēter ferūt. Magna laus meoq; iudicio oniū maxima. Est em̄ sapiētis qcqd hoi accidere possit: id p̄meditari ferēdū modice si euenerit esse: maioris ē oino cōsilij prouidere ne qd tale accidat. Sed ai nō minoris: fortiter ferre, si euenerit at Dolobella quidē tā fuit imemor hūanitatis: q̄q̄ ei⁹ nūq̄ particeps fuerit: vt suā insatiabilē crudelitatē exercuit nō solū in viuo: sed etiā in mortuo. at in ei⁹ corpore lacerādo atq; vexādo cū aim satiare nō posset, oculos pauit suos. O multo miserior Dolobella q̄ ille quē tu miserrimum esse voluisti. Dolores Treboni⁹ p̄tulit magnos multi ex morbis grauitate maiores, quos tn̄ nō miseros: sed laboriosos solem⁹ dicere. Lōg⁹ fuit dolor bidui: at cōpluirib⁹ hoib⁹ ānoꝝ sæpe multorū:

nec grauiora vere sunt carnificum tormēta quam interdum cruciamenta morborū: alia sunt alia inquam: o perditissimi homines & amentissimi multo miseriora: nam quo maior vis est animi: quā corporis: hoc sunt grauiora ea quæ concipiuntur animo: quam illa quæ corpore: miserior igitur qui suscipit in se scelus: quam is qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est a Dolobella Trebonius. Et quidem a Carthaginensibus Regulus: in qua re cum crudelissimi Pœni iudicati sint in hoste: quid in ciue de Dolobella iudicandum est? an vero hoc conferendum est? an dubitādum vter miserior: is ne cuius mortē S. P. q; R. vlci scitur: an is qui cuncti Senatus sententia hostis est iudicatus? Nā cœteris quidem vitæ partibus quis est: qui possit sine Trebonij maxima contumelia cō ferre vitam Trebonij cum Dolobella? Alterius consilium: ingenium: humanitatem: innocentiā: magnitudinem animi in patria liberanda: quis ignorat? Alteri a puero pro delicijs crudelitas fuit. Deinde ea libidinū turpitudo: vt in hoc sit semper ipse letatus quod ea faceret: q̄ sibi obijci ne ab iimico q dem possent verecundo. Et hic dij immortales aliqn̄ fuit meus amic⁹: occulta em̄ erant vitia nō inquirēti: neq; nūc fortasse alienus abeo essē: nisi ille vobis: nisi mœnib⁹ patrię nisi huic vrbi, nisi dijs penatib⁹, nisi aris &

focis oĩuũ nostrorũ nisi deniq; nature: & hu manitati inuentus esset inimicus: a quo ad moniti diligẽti⁹ & vigilãti⁹ caueam⁹ Anto niũ: etẽm Dolobella nõ ita multos secũ ha- buit notos ac insignes latrones. At videtis quot & quam multos habeat Antonius. Pri- mum. L. fratrem: quam facem dij immorta- les: quod facinus: quod scelus : quem gurgi- tem: quam voraginem: quod eum nõ sorbere animo: quid non haurire cogitatione: cuius sanguinem non bibere censetis: in cuius pos sessiones atque fortunas non impudentissi- mos oculos spe & mente defigere. Quid cen soniũ: qui se verbo Prætorem esse Vrbanum cupere dicebat / re certe noluit : quid Bestia qui se consulatum in Bruti locũ petere pro- fitetur. Atq; hoc quidem detestabile omen auertat Iuppiter / quam absurdum autẽ qui prætor fieri non potuerit / petere eum consu latum: Nisi forte damnationem pro Prætu- ra putat. Alter Cæssius Vopiscus ille homo summo ingenio: summa potentia qui ex ædi litate consulatum petit : soluatur legibus: quanquam leges eum non tenent: credo dig- nitate. At hic me defendente quinquies ab- solutus est: sexta palma vrbana esset in gla- diatore difficilis : sed hæc Iudicum culpa: nõ mea est. Ego defendi fide optima: illi de- buerunt clarissimum & præstantissimum Se natorem inciuitate retinere: qui tamen nũc

nihil aliud agere videtur:nisi ut intelligamus illos iudices/quorũ res iudicatas irritas fecim⁹:bene/& e R.p.iudicasse/neq; hoc i hoc vno ẽ. Sũt alij in eisdẽ castris honeste cõdẽnati: turpiter restituti. Quod horũ cõsilium qui omnibus bonis hostes sunt nisi crudelissimũ putatis fore. Accedit Saxa nescio quis:quẽ nobis Cæsar ex vltima celtiberia Tr.ple.dedit. Castrorũ antea metator nunc sperat vrbis:a qua cũ sit alienus suo capiti saluis nobis dominetur. cũ hoc veteran⁹ Capho:quo neminẽ veterani peius oderũt. His quasi pretor dotẽ:quã in ciuilibus malis acceperãt:agrũ Cãpanũ est largitus Antonius/ vt haberẽt aliquorũ nutriculas prediorum. Quibus vtinã contẽti essent:ferremus: & si tolerabile nõ erat. Sed quid vis patiendum fuit:vt hoc tetetrimũ bellũ nõ haberemus. Quid illa castrorum. M. Antonij lumina ne ãte oculos proponitis?primũ duos collegas Antoniorũ & Dolobellæ Nuculã & Lẽtonẽ Italiæ diuisores lege ea:quã senat⁹ per vim latã iudicauit:quorũ alter cõmentatus est mimos:alter egit tragediã. Quid dicam de Apulo Domitio cui⁹ bona modo proscripta vidimus:tanta procuratorum negligentia? At hic nuper sororis filio infudit venenum/ nõ dedit. Sed nõ possunt nõ prodige viuere: qui nostra bona sperant cum effundunt sua. Videte etiã P. Decij auctionẽ clarissimi viri

qui maiorũ suorũ exẽpla persequẽs: pro alieno se ęre deuouit: emptor tamẽ in ea auctione inuentus est nemo. O hominem ridiculum qui se exire ęre alieno putaret posse: cum venderet aliena. Nam quid dicam de Trebellio: quid dicam quam multæ videntur furiæ debitorum: vindicẽ.n. tabularum nouarum: nouã tabulam vidimus. Quid de planco: qui præstãtissimos ciues aquila polleritia expulit? & quidem crure fracto: quod vtinã ãte illi accidisset: ne huc redire potuisset. Lumẽ & decus exercitus illius pene præterij: Caninium cimbrũ Lysidici filiũ: Lysidicum ipsum/in græco verbo/qui omnia iura dissoluit: nisi forte iure germanũ cimber occidit. Cum hanc & huius generis copiam tãtã habeat Antonius: quod scelus omittet? cum Dolobella tantis se obstrinxerit parricidijs: nequaq̃ pari latronũ manu & copia. Quapropter vt inuitus sepe dissensi. Qu. Fusio. ita sũ ei⁹ sẽtẽtiæ libẽter assensus ex quo iudicare debetis me nõ cũ hoĩe solere: sed cũ cã dissidere. Itaq; nõ assentior solũ: sed etiã gratias ago. Q. Fusio. Dixit eñ seuerã grauẽ. R. P. dignã sentẽtiã/iudicauit hostẽ Dolobellã/bona eius cẽsuit publice possidẽda. Quo cũ addi nihil posset/q̃d.n. atroci⁹ potuit? q̃d seueri⁹ decernere? Dixit tñ si q̃s eoꝝ: qui post se rogati essent grauiorẽ sentẽtiã dixisset/in eam se iturum/quã seueritatẽ quis

potest nō laudare? Nunc quoniā iudicatꝰ est hostis Dolobella: bello est persequendus: neqꝫ enim quiescet: habet legionem/habet fugitiuos: habet sceleratam impiorū manum. Est ipse confidens/impotens/gladiatorio generi mortis additus. Quamobrem quoniā cū Dolobella hesterno die hoste decreto bellum gerendum est: imperator est deligēdus: duæ dictę sunt sententiæ: quarū neutrā probo. Alterā quia semper: nisi cum est necesse periculosam arbitror. Alterā quia alienam his temporibus existimo. Nam extraordinarium semper imperiū populare: atqꝫ ventosum est minime vestrę grauitatis/minime huius ordinis. Bello antiochi magno & graui cū. L. Scipioni publij fratri obuēisset asia: parumqꝫ in eo putaretur esse animi: parū roboris: senatusqꝫ ad collegam eius. C. Læliū huius sapientis patrē negociū deferret: surrexit. P. africanus frater maior. L. Scipiōis & illam ignominiā familiæ deprecatus est: dixitqꝫ & in fratre suo summam virtutē esse summumqꝫ cōsilium: neqꝫ se ei legatū id ętatis: hisqꝫ rebus gestis defuturum: quod cum ab eo esset dictum nihil est de Scipionis prouincia cōmutatum: nec plus extraordinarium imperium ad id bellū quæsitum: q̄ duobus antea maximis punicis bellis: quæ a cōsu. aut a dictatoribus gesta & consummata sunt: aut q̄ Pyrrhi/q̄ philippi/q̄ post achai-

co bello / ꝗ Punico tertio: ad quod. p. R. ita ipse sibi delegit idoneum ducem. p. Scipionem: vt eum tamen bellum gerere consulem vellet. Cum Aristonico bellum gerendũ fuit L. Valerio. P. Licinio Crasso cons. rogatus populus: quem id bellum gerere placeret: Crassus cons. põtifex maximus Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit: si a sacris discessisset: quam mulctam Populus Ro. remisit: pontifici tamẽ flaminẽ parere iussit. Sed ne tum quidem. P. Ro. ad priuatum detulit bellum: quanꝗ erat Africanus: qui anno antea: de numantinis triumphauerat: qui cum longe omnes belli gloria et virtute superaret duas tãtum tribus tulit. Itaq;. P. R. consuli potius Crasso: ꝗ priuato Africano bellum gerendũ dedit. de Cn. Pompei imperijs summi viri: at q; omniũ principis Tr. pl. turbulenti tulerunt. Nã sertorianum bellum a senatu priuato datũ est: quia consu. recusabant: cum. L. Philippus pro cõsulibus se eum mittere dixit: non pro cõsule. Quę igitur hęc comitia: aut quã ambitionem constantissimus & grauissimus ciuis. L. Cæsar in senatum introduxit? clarissimo viro: atq; innocentissimo decreuit imperiũ: priuato tamen: in quo maximũ nobis onus imposuit. Assensero? Ambitionem induxero in curiã: negauero? suffragio meo tãꝗ comitijs huiusmodi honorẽ amicissimo denega-

uero? Quod si comitia placet in senatu habere: petamus, ambiam⁹: tabula modo noua detur nobis: sicut populo data est, Cur comitijs Cæsar: ita vt aut præstantissimus vir: si tibi non sit assensus: repulsam tulisse videatur; aut vnusquisque nostrum preteritus: si cum pari dignitate simus: eodem honore digni non putemur. At. n. (nam id exaudio) Cæsari adolesentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. ille. n. mihi presidium extraordinarium dederat. Cum dico mihi, senatui dico. P. q. R. a quo reip. presidium: ne cogitatum quidem tātum haberet, vt sine eo salua esse non posset: huic extraordinarium imperium non darem? aut exercitus adimēdus, aut imperium dandum fuit Quæ est. n. ratio? aut qui potest fieri: vt sine imperio teneatur exercitus? nō igitur quod ereptum non est, est id estimandum esse datum. Eripuissetis. C. Cæsari. P. C. imperium: nisi dedissetis. Milites veterani: qui illius auctoritatem: imperium, nomen: secuti pro. R. P. arma cœperant, volebāt sibi ab illo iperari. Legio Martia, & quarta ita se contulerat ad auctoritatem senatus. P. q. R. dignitatem: vt eum deposcerent imperatorem & ducem. Imperiū Cesari belli necestitas, fasces senat⁹ dedit; otioso vero: nihil agenti, priuato: obsecro te L. Cæsar cūperitissimo homine mihi res est: quando imperiū senatus dedit? sed

de hoc qdem hactenus: ne refragari homini amicissimo: ac de me optime merito videar: & si quis potest refragari non modo nō petē-ti: verum etiā recusāti. Illa vero p.C. aliena consulū dignitate: aliena tēporū grauitate snia est vt cōs. Dolobellæ persequēdi cā Asiā & Syriā sortiātur. Dicā cur inutile. R.p. sed prius q̄ turpe cōsulibus sit videte. Cū cōsul. designat⁹ obsideatur: in eoq; liberādo salus sit posita. R.p. cūq; a rep. pestiferi ciues, par ricidæq; desciuerunt. Cūq; id bellū geramus quo bello de dignitate, libertate, de vita de-cernam⁹: & si in potestatē quis Antonij ve-nerit, proposita sint tormēta: atq; cruciat⁹, cūq; earū rerū omniū decertatio consu. opti mis & fortissimis cōmissa & cōmendata sit, Asiæ & Syriæ mentio fiet, vt aut suspitioni crimē, aut inuidię materiam dedisse videa-mur. At vero ita decernunt, vt liberato Bru to, id. n. restabat, vt relicto oino deserto pro dito. Ego vero mentioné oino prouinciarū factā dico alienissimo tēpore: q̄uis. n. inten tus animus tuus sit C. Pāsa, sicut est ad for tissimū virū: & omniū clarissimū liberādū: tñ rerū natura coegit te necessario referre animū aliqñ ad Dolobellā p̄sequēdū: & par tē aliquā in asiā & Syriā deriuare curę & co gitatiōis tuæ. Si aūt fieri posset, vel plures te animos habere vellē, quos oēs ad Mutinā intēderes: quod qm̄ fieri nō potest: istoc aio,

quē habes: præstātissimū, atq; optimū, nihil volum⁹: nisi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem: & eo maxime incumbis: duas tamē res magnas presertim: non modo agere vno tempore: sed ne cogitando quidē explicare quisq̄ potest. Incitare & inflāmare tuū istud prestātissimū studiū: non ad aliā vlla ex parte curā trāsferre debemus. Adde istuc sermones hominū: adde suspitiones, adde inuidiā Imitare me: quem tu semper laudasti: qui instructam: ornatamq; a senatu prouinciā deposui: vt incendiū patriæ omissa omni cogitatione restinguerem. Nemo erit: preter vnū me: qui cū profecto: si quid interesse tua putasses: pro summa familiaritate nostra communicauisses: qui credat te inuito prouinciam tibi esse decretam. Hanc quæso pro tua singulari sapientia reprime famā: atq; effice, ne id quod non curas: cupere videare. Quod quidem vehementius eo tibi laborandum est: quia in eandem cadere suspitionem Collega vir clarissimus non potest: nihil horū scit, nihil suspicatur, bellū gerit: in acie stat: de sanguine: & de spiritu decertat: ante prouinciam sibi decretā audiet. q̄ potuerit tempus ei rei datum suspicari: vereor ne exercitus quoq; nostri: qui non delectus necessitate: sed voluntarijs studijs se ad remp. cōtulerunt: tardentur animis: si quicq̄ aliud nobis: nisi de instanti bello cogitatū puta-

bunt. Quod si prouincię Consu. expetendæ videtur: sicut sæpe multis clarissimis viris expetitę. Reddite prius nobis Brutū lumē & decus ciuitatis qui ita conseruandus est: vt id signum, quod cœlo delapsum vestæ custodijs continetur: quo saluo salui sumus futuri. Hunc vel in cœlum: si fieri poterit: nostris humeris tollemus, prouincias certe dignissimas vobis deligemus. Nunc quod agitur agamus. agitur autē liberi ne viuamus: an mortē obeamus? que certe seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatem ista sententia ad Dolobellā persequendum: quando enim veniet consul? an id expectamus, quo ne vestigiū quidē asiæ ciuitatū, atq; vrbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero: valde mihi probari potest, qui paulo ante clarissimo viro priuato. Imperium extra ordinē nō dedi. at hominē dignum mittent: num. P. Seruilio digniorē at quidem ciuitas nō habet: quod ergo ipse nemini putat dandū ne a senatu quidem, id ego vnius iudicio delatum comprobem? Expedito nobis homine & parato. P.C. opus est, & eo, qui imperium legitimum habeat: qui preterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in rep. liberanda. Quis igitur is est? aut. M. Brutus: aut. C. Cassius: aut vterque. Decernerem plane sicut multa consulem alterum ambosue ni Brutum col-

ligassemus in Græcia: & eius auxiliū ad Italiā vergere q̄ ad Asiā maluissemus: nō vt ex ea acie auxiliū haberemus: sed vt ipsa acies subsidiū haberet etiā trāsmarinū. Preterea P. C. M. Brutū retinet etiam nunc. C. Antonius: qui tenet apoloniam magnam vrbem & grauem: tenet opinor Bellidē, tenet amātiam: instat Epiro: vrget Oricum: habet aliquot cohortes, habet equitatum: hinc si brutus erit traductus ad aliud bellum græciam certe amiserimus. Est autem etiam de Brūdusio atque illa ora Italiæ prouidendum: quanq̄ miror tam diu morari Antonium, solet enim accipere ipse manicas: nec diutius obsidionis metū sustinere: quod si confecerit Brutus: & intellexerit plus se Rei. p. profuturū, si Dolobellam persequatur: quam si in græcia maneat, aget ipse per sese: vt adhuc quoq; fecit: neque in tot incendijs cum confestim succurrēdum est expectabit Senatum. Nā & Brutus & Cassius multis iam in rebus ipse sibi Senatus fuit. Necesse est enim in tāta concursatione perturbationum rerum: tēporibus potius parere: quā moribus: nec em̄ nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem libertatemq; patriæ legem sanctissimā & morē optimum iudicauit. Itaq; si ad nos nihil referretur de Dolobella persequēdo tn̄ ego pro decreto putarem: cum essent tales virtute: auctoritate, nobilitate summi viri,

quorum alterius iam notus est nobis exerci-tus: alterius auditus. Non igitur Brutus expectauit decreta nostra: cum studia nosset. Neque. n. est in prouinciam suam Cretã profectus. In Macedoniam alienam aduolauit: omnia sua putauit quæ vos vestra esse velitis. Legiones conscripsit nouas: excepit veteres: equitatum ad se adduxit Dolobellæ: atque eum nondum parricidio oblitum, hostem sua sententia iudicauit. Nã ni ita esset, quo iure equitatum a Consule abduceret? Quid. C. Cassius pari magnitudine animi & cõsilij ꝑditus, nõ ne eo ex Italia cõsilio profectus est: vt prohiberet Syria Dolobellam? qua lege? quo iure: eo quod Iuppiter ipse sanxit: vt omnia que. R. p. salutaria essent: legitima & iusta haberẽtur Est em̃ lex nihil aliud, nisi recta & a numie deoꝝ tracta ratio imperãs honesta, prohibens cõtraria. Huic igitur legi paruit Cassi⁹, cũ est in Syriã profect⁹ alienã prouĩciã: si hoĩes legib⁹ scriptis vterentur. His vero oppressis, suã lege naturę. Sed vt ex vestra quoq; auctoritate firmetur cẽseo. Cũ P. Dolobella quiq; ei⁹ crudelissimi & teterrimi facioris ministri, socij, adiutores fuerũt: hostes. P. R. a Senatu iudicati sint. Cũq; S. P. Dolobellã bello ꝑsequẽdũ cẽsuerit: vt is q̃ oĩa deoꝝ hoĩmq; iura nouo inaudito & iexpiabili scelere polluerit: nefarioq; patrię se pricidio obstrixerit: pœnas diis

hominibusque meritas debitasq; persoluat: Senatui placere. C. Cassium procons. prouinciam Syriam obtinere: vtq; q eã optimo iure prouinciam obtinuerit, eum a. Q. Martio Crispo Procons. L. Scauro. Procons. A. Proleono Legato exercitus accipere eosq; ei tradere. Cumque his copijs: & si quas praeterea parauerit: bello, P. Dolobellam terra marique persequi. Eius belli gerendi cã quibus ei videatur naues nautas pecunias: caeteraque quę ad bellum gerendum pertineãt vt imperãdi in Syria: asia: Bithynia: Ponto ius potestatemq; habeat, vtque quãcumq; in prouinciã eius belli gerendi causa aduenerit: ibi maius imperiũ. C. Cassij. procõ. sit q̃ ei' erit q eã prouinciã obtinebit: cũ. C. Cassius procõ. in eã prouinciã venerit, Regẽ Deiotarũ patrẽ & Regẽ Deiotarũ filium: si vt multis bellis saepe numero imperium. p. R. iuuerint, Itẽ. C. Cassiũ proconsulẽ copijs suis opibusq; iuuissent: Senatui. po. q;. R. gratũ esse facturos. Itẽ si caeteri Reges Tetrarchę, Dynastęq; fecissent Senatũ po. q;. ro. eorum officij non immemorem futurũ: vtq; C. Pansa. a. Hircius consules. alter amboue si eis videretur. R. p. recuperata de prouincijs cõsularibus praetorijs ad hunc ordinẽ primo quoq; tempore ferãt. Interea prouinciae ab ijs quibus obtinentur obtineantur: quoad cuiq; ex. S. C. successum sit. Hoc. S. C. ar-

dentem

inflammabitis: & armatum armabitis Cassi-um. Nec. n. animum eius potestis ignorare: nec copias. Animus ipse quē videtis: copiæ quas vidistis: fortes & cōstātes viri: qui ne viuo quidem Trebonio Dolobellæ latrocini um in Syriā penetrare sciuissent. Halienus familiaris & necessarius meus post interitū Trebonij profectus; ne dici quidem se legatū Dolobellæ volet. Estque cęcilij Bassi priuati illius quidem/sed fortis & præclari viri robustus & victor exercitus. Deiotari Regis & patris et filij et magnus & nostro more instituitus exercitus: summa in filio spes/summa ingenij indoles/summaq; virtus. Quid dicam de patre: cuius beniuolentia in. P. R. est ipsius æqualis ætati: qui non solū socius Imperatorum nostrorum fuit in bellis: sed etiam dux copiarum suarum. Quæ de illo viro Sylla: quæ Murena: quæ Seruilius: quæ Lucullus quam honorate quam honorifice quā grauiter sępe in Senatu predicauerunt. Quid de. Cne. Pompeio loquar: qui vnum deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereq; beniuolum; vnum fidelem. P. R. iudicauit. Fuimus nuper ego &. M. Bibulus in propinquis finitimisq; prouincijs: ab eodem Rege adiuti sumus & equitatu & pedestribus copijs: secutum est hoc acerbissimum et calamitosissimum ciuile bellum: in quo quid faciendū Deiotaro: Quid omnino

rectius fuerit dicere nõ est necesse: presertim cũ cõtra ac Deiotarus sensit; Victoria belli iudicauerit, quo in bello si fuit error: cõis ei fuit cũ Senatu. In recta sentẽtia ne victa quidẽ causa vituperanda est. Ad has copias accedẽt alij Reges: etiã delectus accedẽt. Neq; vero classes deerũt tanti Tyrij Cassiũ faciunt: tanti eius in Syria nomẽ atq; Phœnicia est: Paratũ habet nuper C. Cassiũ. p. C. R. p. cõtra Dolobellã: nec paratũ solũ: sed peritũ atq; fortẽ: magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri aduentũ; cũ parthorũ nobilissimos Duces: magnas copias fudit: Syriamq; immani parthorum impetu liberauit: maximã ei⁹ & singularẽ laudẽ pretermitto; cui⁹ enĩ p̃dicatio nõ dũ oib⁹ grata est: hãc memoriæ potius q̃ vocis testimonio cõseruemus. Aiaduerti p. C. exornari etiã nimium a me Brutũ nimiũ Cassiũ ornari: Cassio vero sententia mea dominatũ & principatum dari. Quos ego orno? nẽpe eos: q ipsi sũt ornamẽta. R. p. Quid. D. Brutũ? nõ ne oibus sentẽtijs semper ornaui? nũ igitur reprehẽditis? An antonios potius ornarẽ: nõ modo suarũ familiarũ: sed. p. R. nois probra: atq; dedecora: an cẽsorinum ornẽ in bello hostẽ? in pace sectorẽ? an cętera ex eodẽ latrocinio naufragia colligã? Ego uero istos ocij: cõcordię, legũ, iudiciorũ, libertatis inimicos tm̃ abest: vt ornẽ: vt effici nõ possit quin eos tam ode-

tim:q̃. R.p.diligo. Vide iquit ne veteranos offendas:hoc.n.vel maxime exaudio. Ego autē veteranos tueri debeo/sed hos quibus sanitas est:certe timere non debeo. Eos vero veteranos:qui pro. R.p. arma ceperunt: secutiq; sunt C. Cęsarē auctoritate beneficiorum paternorū/hodieq; tēp. defendūt cū magno periculo:nō tueri solū/sed etiam augere cōmodis debeo. Qui autē quiescunt vt vii. &. viii. legio i magna gloria & laude ponēdos puto. Comites vero Antonij qui post q̃ beneficia Cęsaris comederūt: consulē designatū obsederunt: Huic vrbi ferro igniq; minitātur. Saxę se & Caphoni tradiderūt ad facin⁹:prędāq; natis. Nū quis est:qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt: quos etiā ornare/aut quieti/quos cōseruare debemus aut impij quoq; contra furorē quorū/ & bellū iusta arma suscepimus: quorū igitur vete nanorū aios ne offendamus: veremur? eorū ne qui Brutum obsidione cupiunt liberare. Quibus cū Bruti salus cara sit/ qui possunt Cassij nomē odisse? an eoꝝ qui vtrisq; armis vacāt? nō vereor:ne acerbus ciuis q̃sq̃ istoꝝ sit/qui ocio delectātur. Tertio vero generi nō militū veteranorū: sed importunissimoꝝ hostiū cupio q̃ acerbissimū dolorē inurere q̃q̃ p.C. quousq; dicem⁹ sētētias veteranoꝝ arbitratu? quod eoꝝ tm̄ fastidiū ē:q̃ tāta arrogātia? vt ad arbitriū eoꝝ iperatorē et deliga-

mus? Ego autem (dicendum est.n.P.C.quod sentio) non tam veteranos intuendos nobis arbitror: quã quid tyrones milites flos italiæ: quid nouæ legiones ad liberandum patriam paratissimæ: quid cũcta Italia de vestra grauitate sentiat? nihil.n.semper floret ætas succedet ætati: diu legiones Cęsaris viguerunt: nunc vigent Pansæ: vigent Hircij vigent Cæsaris filij/vigent Planci: vincũt numero/vincunt ætatibus/nimiũ etiam auctoritate vincunt. Id.n. bellum quod gerũt gentibus ab omnibus probatur. Itaq; ijs premia promissa sunt: illis persoluta/fruantur illis/vel persoluãtur his; quæ spopondimus. Id.n.deos immortales spero æquissimũ iudicare/quę cum ita sint: eam quã dixi sentẽtiam vobis.P.C.censeo comprobandam.

M.T.C.in.M.Antonium. Philippica.XII.



Tsi minime decere videtur.p.C.falli/decipi/errare eum: cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini/cõsolor me tamen: quoniã vobiscum pariter & vna cũ sapiẽtissimo consule erraui. nã cũ duo cõsulares spem honestæ pacis no.

bis attulissent: q erant familiares. M. Antonii, q domestici, nosse aliquod eius vulnus: quod nobis ignotũ esset: videbãtur. Apud alterũ vxor, liberi. alter quotidie literas mittere, accipere: aperte fauere Antonio. Hi subito hortari ad pacẽ: quod iam diu nõ fecissent: non sine causa videbantur. accessit cõs. hortator. at quis cons. si prudentiam quęrimus: qui minime falli posset, si virtutem, qui nullã pacẽ probaret: nisi antonio cedente, atq; victo: si magnitudinẽ animi, qui præferret mortẽ seruituti. Vos autem. p. C. non tam immemores vestrorũ grauissimorum decretorũ videbamini, q̃ spe allatæ deditionis quã amici pacem appellarent. C. Haleni de imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. auxerat autẽ meã quidem spem credo item vestram: q domum antonii afflictã mœsticia audiebam, lamentari vxorem, hinc etiam fautores antonii quorũ in vultu habitãt oculi mei, tristiores videbã: quod si nõ ita est, cur a Pisone & a Caleno potissimum? cur hoc tẽpore? cur tam improuiso? cur tam repente pacis est facta mentio? Negat Piso se scire: negat audisse quicquam, negat Calenus rem vllã nouã allatã esse, atq; id nũc negant, posteaq̃ nos pacificatoria legatiõe implicatos putãt. Quid ergo opus est nouo cõsilio: si in re nihil omnino noui est? Decepti inq̃ sumus. P. C. Antonii est acta causa ab

amicis eius, non publica, quod videbã equidẽ: sed quasi per caliginẽ prestrinxerat aciem animi Bruti salus. Quod si in bello dari vicarij solerẽt: libenter me vt. D. Brutus emitteretur: pro illo icludi paterer: atq; hac voce. Q. Fusij capti sumus: ne si a Mutina quidẽ recesserit: audiemus Antoniũ: nisi in Senatus quidẽ potestate futurũ se dixerit: verum durum videbatur: itaq; fracti sumus. Cessimus: recedit igitur a Mutina: nescio, paret Senatui? Credo inquit Calenus: sed ita vt teneat dignitatẽ. Valde Hercules vobis laborandum est. P. Conscripti: vt vestrã dignitatẽ amittatis: quæ maxima est: Antonij quæ neq; est vlla neq; esse potest: retineatis: vt eã per vos recuperet: quã per se perdidit. Si iacens id nobiscũ ageret audirẽ fortasse quanq̃: sed hoc malo dicere audirẽ: statim resistendũ est, aut concedenda vna cũ dignitate libertas. At non est integrũ: constituta legatio est. Quid autem integrũ non est sapiẽti: quod restitui potest? Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipiẽtis perseuerare in errore. posteriores. n. cogitationes (vt aiunt) sapiẽtiores solẽt esse. Discussa est illa caligo: quam paulo ante dixi: diluxit, patet: videmus omnia neq; per nos solum: sed admonemur a nostris: attendistis paulo ante præstãtissimi viri quę esset oratio: mœstã inquit domum offendi, cõiugẽ: liberos: admi-

rabantur boni viri: accusabant amici: q spe pacis legationē suscepissem. Nec mirum, P. Seruili tuis. n. verissimis grauissimisq; sententijs omni est non dico dignitate: sed etiā spe salutis spoliat⁹ Anto. Ad eū ire te legatū quis nō miraretur? de me experior. Cuius idē cōsiliū: quod tuū sentio q̄ reprehēdatur: nos reprehēdimur soli. Quid vir fortissim⁹ Pāsa sine causa paulo āte: tamē accurate locutus est tādiu. Quid ægit: nisi vti falsā proditiōis a se suspitionē depelleret. Vnde aūt est ista suspitio? ex pacis patrocinio repētino quod subito suscepit eodē captus errore quo vos. Quod si est erratum. P. C. spe falsa atq; fallaci: redeamus in viā. Optim⁹ est portus pęnitēti mutatio cōsilij. Quid. n. p deos immortales potest. R. P. prodesse nostra legatio? prodesse dico: quod si etiā offutura ē: offutura, quid si etiā nocuit. An vos acerrimā illā & fortissimā po. Ro. libertatis recuperādæ cupiditatē: nō imminutā ac debilitatam putatis legatiōe pacis audita? Quid municipia cēsetis: qd colonias, quid cunctā Italiā futurā eodē studio quo cōtra cōe incendiū exarserat? an nō putam⁹ fore vt eos peniteat professos esse & p̄ se tulisse odiū in Anto. q pecunias polliciti sunt: q arma, q se totos & aīs & corporib⁹ i salutē. R. P. cōtulerūt. Queādmodū vestrū cōsiliū hoc capua probabit: q̄ tpib⁹ his Roma altera est: illa i-

pros cives iudicauit / eiecit: exclusit: illi niquam vrbi fortissime conanti e manibus est ereptus Antoni⁹: quid legionū nostrarū nec nos nō ne his cōsilijs incidimus: Quis est.n. qui ad bellum inflāmato animo futurus sit spe pacis oblata: Ipsa illa martia cælestis et diuina legio: hoc nuncio languescet et mollietur: atque illud pulcherrimū nomen Martium amittet: excident gladii: fluent arma de manibus. Senatum .n. secuta non arbitrabitur se grauiori odio debere esse in āto. quā Senatū: pudet hui⁹ legiōis pudet quartę q̄ pari virtute nostram auctoritatē probās nō vt Cōs. et nup suū: sed hostē et oppugnatorem patriæ reliquit Antonium: pudet optimi exercitus: qui coniunctus est ex duobus qui iam lustratus: qui profectus ad Mutinā est: qui si pacis idest timoris nostri nomen audiuerit: vt non referat pedem / insistet certe. Quis.n. reuocante et receptui canente Senatu properet dimicare: Quid autem hoc iniustius: quam nos inscientibus iis qui bellum gerunt de pace decernere: nec solum inscientibus sed etiam inuitis. An vos. A. Hircium preclarissimum consulem .C. cęsarem deorum beneficio natum ad hęc tēpora: quorum ep̄las spem victoriæ declarantes in manu teneo: pacem velle cēsetis: Vincere illi expetunt: pacisq; dulcissimū & pulcherrimum nomen: non pactione sed victoria concupis-

runt. Quid Galliam? quo tandē animo hanc rem audituram putatis? illa .n. huius belli propulsandi / administrandi: sustinendi: principatum tenet. Gallia. D. Bruti nutum ipsū ne dicam imperium secuta: armis / viris: pecunia belli principia firmauit: eadem crudelitati. M. Antonii suum totū corpus obiecit exhauritur: vastatur / vritur omnis: æquo animo belli patitur iniuriam: dummodo repellat periculum seruitutis. Et vt omittam reliquas partes Galliæ (nā sūt omnes pares) patauini alios excluserunt: alios eiecerunt missos ab Antonio: pecunia militib9 & quod maxime deerat: armis nostros duces adiuuerunt: fecerunt idem reliqui: qui quondam in eadē cāerāt & propter multorum annorū iniurias alienati a Senatu putabātur: quos minime mirum est communicata cum his. R. P. fideles esse: qui etiam expertes eius fidem suam semper præstiterunt. His igitur omnibus victoriam sperantibus pacis nomen afferemus: idest desperationem victoriæ? Quid si non potest quidem vlla esse pax? quæ. n. est conditio pacis: in qua ei cum quo pacem facias: nihil concedi potest? Multis rebus a nobis est inuitatus ad pacem Antonius: bellū tamen maluit. Missi legati repugnante me: sed tamē missi: delata mandata: non paruit: denunciatū est ne Brutum obsideret: a Mutina discederet: oppugnauit etiā vehemēti9

& adeũ legatos de pace mittemus: qui pacis nuncios repudiauit, verecundiorẽ ne co ram putamus in postulãdo fore: q̃ fuerit tum cum misit mãdata ad Senatum, atq; cum ea petebat / que videbãtur imporba omnino / sed tamẽ aliquo modo posse cõcedi, nõ dum erat vestris tam grauissimis tamq; multis iudiciis ingnominijsque cõcisus. Nunc ea petit: q̃ dare nullo modo possumus: nisi prius volumus nos bello victos cõfiteri. S.C. falso delata ab eo iudicauimus. Num ea vera possumus iudicare, leges statuimus per vim & cõtra auspicia latas: hisq; nec populũ nec plebẽ teneri. Nũ eas restitui posse cẽsetis, Sestertiũ septies milies auertisse antoniũ pecuniæ publicæ iudicauistis: nũ fraude poterit carere peculat⁹, immunitates ab eo: ciuitates sacerdotia: regna venierũt. Nũ figentur rursus hæ tabulæ: quas vos decretis vestris refixistis, Quod si ea: que decreuimus / obruere volumus: num etiam memoriã rerũ delere possumus? Quando eius obliuiscetur vlla posteritas / cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus, vt centurionum legionis Martiæ brũdusij profusus sanguis eluatur: Nũ elui prædicatio crudelitatis poterit, vt media pretereã: q̃ vetustas tollet operũ circa Mutinam tetra monumenta: sceleris indicia, latrocinijque vestigia, Huic igitur importuno atq; impuro parricidæ quod habe-

mus per deos immortales quod remittamus? An Galliam vltimam & exercitum: quid est aliud quam non pacem facere: sed differre bellum: nec solum prorogare bellum: sed cõcedere etiã victoriã. an ille nõ vicerit quacũq; cõditõe in hãc vrbẽ cũ suis armis venerit? Nunc omnia tenemus: auctoritate valemus plurimum: absunt tot perditi ciues nefariũ secuti ducem, tamen eorũ ora, sermones: qui in vrbe ex eo numero relicti sunt: ferre non possumus. Quid censetis cũ tot vno tempore irruperint: nos arma posuerimus, illi nõ deposuerint? non ne vos vestris consilijs victos in perpetuum fore? Ponite ante oculos M. antonium consularem sperantẽ consulatũ. Luciũ adiungite: supplete cæteros: neq; nostri ordinis solũ honores: sed imperia meditantes: nolite ne Tyrones quidẽ Nũmisios & Mustelas socios ue contemnere. Cũ his facta pax: non erit pax: sed pactio seruitutis L. Pisonis amplissimi viri pręclara vox: a te non solum in hoc ordine Pansa: sed, etiam in contione iure laudata est: excessurum se ex Italia dixit: deos penates: & sedes patriæ relicturum: si quod dij omen auerterent rempub. oppressisset Antonius. Quæro igitur a te piso: non ne oppressam rempublicam putes: si tot, tam impij, tam audaces, tam facinorosi: recepti sint? quos nõ dũ tãtis parricidijs cõtaminatos vix ferebam?

hoc nunc omni scelere coopertos tolerabiles cēses ciuitati fore? Aut isto tuo mihi crede consilio erit vtendum: vt cedamus, abeamus, vitā inopē & vagam prosequamur: aut ceruices latronibus dandæ: atq; in patria cadendum est. Vbi sunt. C. pansa illæ cohortationes pulcherrimæ tuę: quibus a te excitatus senatus inflammatus. P. R. non solū audiuit, sed etiam didicit: nihil esse homini romano fœdius seruitute. Iccirco ne saga sūpsimus? arma cœpimus? iuuētutē omnē ex tota Italia exciuimus? vt de exercitu florētissimo & maximo legati ad pacē mitterētur? si accipiendam: cur non rogamur? si postulādam: quid timemus? in hac ego legatiōe sim aut ad id consilium admiscear? in quo ne si pacem ad accipiendā corrogamur: dissensero quidē a cæteris: si sciturus P. R. sit ita, si et, vt si quid remissum aut cōcessum sit, meo semper periculo peccet Antonius: cū ei peccandi potestas a me cōcessa videatur. Quod si habēda cū antonij latrocinio pacis ratio fuit: mea tamen persona ad istam pacē conciliandā minime fuit deligenda. Ego nunq̄ legatos mittendos censui. Ego ante legatorum reditum ausus sum dicere: pacē ipsam si afferrent: qm̄ sub nomine pacis bellū lateret: repudiandam. Ego princeps sagorū: ego semper illum hostem appellaui, cū alij aduersarium, semper hoc bellū: cū alij tumultum

nec hæc in senatu solũ: eadẽ ad populũ sem-per ægi: nec solum in ipsum: sed in eius soci-os, facinorũ ministros, & presẽtes, & eos qui vna sunt in totã deniq; M. Antonij domũ sũ semper inuectus. Itaq; vt alacres & læti spe pacis oblata inter se impij ciues quasi vicis sent, gratulabantur. Sic me iniquum eiura-bant, de me querebantur. Diffidebant etiam Seruilio: meminerant eius sentẽtijs cõfixũ antoniũ. L. Cæsarẽ fortem quidẽ illũ & con stantẽ senatorẽ auunculum tamen. Calenũ procuratorẽ: Pisonem familiarẽ, teipsũ Pã-sa vehementissimũ & fortissimũ cõsulẽ factũ iam putant leniorem: non quo ita sit aut es-se possit. sed mentio facta ante pacis suspiti onem multis attulit immutatæ voluntatis. Inter has personas me interfectum amici an tonij moleste ferunt: quibus gerendus mos est q̃m liberales esse cepimus: proficiscãtur legati optimis hominib⁹: sed ij proficiscan-tur: in quib⁹ nõ offendatur antonius. Quod si de antonio nõ laboratis: mihi certe P. C. cõsulere debetis. parcite oculis saltẽ meis: & aliquã veniã iusto dolori date. Quo enim aspectu videre potero: mitto hostẽ patrię, ex quo mihi odiũ in illũ cõmune vobiscum est. Quomodo aspiciã mihi vni crudelissimum hostem vt declarant de me eius acerbissimæ contiones: adeo ne me ferreũ putatis: vt cũ eo congredi: aut illũ aspicere possim: qui nu

per cũ in concione donaret eos: qui ei de parricidis audacissimi videbantur: mea bona donare se dixit Petissio Vrbinati qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hęc Antoniana saxa proiectus est. An. L. Antonium aspicere potero: cuius ego crudilitatem effugere non potuissem: nisi me mœnibus & portis & studio municipij mei defendissẽ? Atque idem hic Myrmillo Asiaticus: latro Italiæ: Collega Lẽtonis & Nuculæ cũ aqlę primi pili nũmos aureos daret: de meis bõis se dare dixit. Si enim de suis dixisset: nec aquilam quidẽ credituram putauit. Non ferent inquam oculi Saxam: Caphonem: non duos. Pr. non. Tr. pl. non duos designatos Tribunos: non Bestiam: non Trebellium: non plancum / non possum animo æquo videre tot tam importunos tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio meo / sed charitate. R. p. Sed vincam animum: mihique imperabo: dolorem iustissimum non potero frangere: occultabo. Quid vitæ censetis ne. p. C. habendam mihi aliquam esse rationem? quæ mihi quidem minime cara est: præsertim cum Dolobella fecerit: vt optanda mors esset: modo sine cruciatu atq; tormentis: vobis tamen & populo vilis esse spiritus meus non debet. Is enim sum nisi forte me fallo: qui vigiliis curis: sententiis: periculis etiam quæ plurima adii propter acerbissimum omnium in me odium

impiorum perfecerim: vt non obstarent. R. p ne quid arrogãtius videar dicere. Quod cum ita sit: nihil ne mihi de periculo meo cogitandum putatis? hic cum in vrbe essẽ ac domi tamẽ multa sępe temptata sunt. vbi nõ solum amicorum fidelitas: sed etiam vniuersę Ciuitatis oculi custodiunt. Quid censetis cum iter ingressus ero: longum præsertim: nullas ne insidias pertimescẽdas? tres viæ sunt ad Mutinã: quo festinat anim⁹ vt q̃ primũ illud pign⁹ libertatis. po. Ro. D. Br. aspicere possim. Cui⁹ ĩ cõplexu libẽter extremũ vitæ spiritũ ædiderim: cum oẽs actiones horũ mẽsiũ/ oẽs sentẽtiæ meæ peruenerit ad eũ exercitũ/ qui mihi fuit propositus. Tres ergo (vt dixi) viæ: a supero mari Flaminia: ab infero Aurelia: media Cassia. Nũc quęso attẽdite. nũ aberet a cõiectura suspicio periculi mei. Hætrutiã discriminat Cassia. Scim⁹ ne igiť pãsa qbus nũc in locis sit Lentonis Cẽsennij Septẽuiralis auctoritas? nobiscũ nec aio certe est: nec corpore/ si autẽ aut domi est aut nõ lõge a domo: certe in Hętruria est. i. in via. Quis igiť mihi p̃stat Lẽtonẽ vno capite esse cõtẽtũ? Dic mihi p̃terea Pansa vẽtidi⁹ vbi sit? cui fui sp amic⁹/ ãteq̃ ille R. P. bonisq; oib⁹ tã apte est fact⁹ iimic⁹: possũ Cassiã vitare/ tenere Flaminiã? qd si Anconã (vt dř) Vẽditi⁹ venerit? potero ne Ariminũ tuto accederẽ? restat aurelia. hic qdẽ et

præsidia habeo, possessiones enim sunt. P. Clodii. tota familia occurret. hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam. Hisce ergo me viis committam: qui Terminalibus nuper in suburbiū vt eodem die reuerterer: ire non sum ausus. Domesticis me parietibus vix tueor sine amicorū custodijs. Itaque in vrbe maneo: si sic licebit: manebo Hæc mea sedes est: hæc vigilia: hæc custodia: hoc præsidium statiuum. Teneāt alij castra: regna: res bellicas, oderint hostem: Nos vt dicimus semperque fecimus: Vrbem & res vrbanas vobiscum pariter tuebimur. Neq; vero recuso munus hoc: quanquam. P. R. video pro me recusare. Nemo minus timidus, nemo cautior: res declarat. Vigesimus annus est cum omnes scelerati me vnum petīt. Itaq; me ipsum ne dicam mihi. R. P. conseruauit sibi. Timide hoc dicā: scio enim quiduis homini accidere posse. Verumtamen sæmel circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens: vt honestissime surgere possem. Possum ne igitur satis videri cautus: satis prouidus, si me huic itineri: tam infesto tamque periculoso commisero? gloriam in morte debēt: ij qui in. R. p. versātur: non culpæ repręhensionem & stultitiæ vituperationē relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonij? Quis nō dolet interitum talis & ciuis & viri? At sunt qui
dicant:

dicant: dure illi quidem: sed tamen dicunt minus dolēdum: quod ab homine impuro ne fario<Q non cauerit. Etenim qui multorum custodem se profiteatur: eum sapientes sui primum capitis aiunt custodē esse oportere. Cum septus sis legibus & iudiciorum metu: non sunt omnia timenda. Neque ad omnes insidias præsidia quærenda. Quis enim audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? Hęc neq hoc tempore: neque in me valēt: non modo enim pœnam non extimescit: qui mihi vim attulerit/sed etiam gloriam sperabit a latronum gregibus & præmia. Hæc ego in Vrbe pręuideo: facilis est circumspectus vnde exeam. quo progrediar. quid ad dextram? quid ad sinistram sit. Num idem in Appēnini tramitibus potero facere: in quibus etiam si nō erunt insidiæ: quæ facillime esse poterunt: animus tamen erit solicitus: vt nihil possit de officiis legationis attendere: sed effugi insidias: perrupi Appenninum: Nempe in Antonij congressum colloquiumq veniendum est: quinam locus capietur? si extra castra: cæteri viderint/ego mortem actutum futuram puto. Noui hominis furorem: noui effrenatam violentiam: cuius acerbitas morum immanitasque naturæ ne vino quidēm permixta temperari solet: hic ira dementiaque inflammatus: adhibito fratre Lucio teter-

tima belua nunq̃ profecto a me sacrilegas manus: atq; impias abstinebit. memini colloquia: & cũ acerrimis hostibus: & cũ grauissime dissentiẽtibus ciuibus: Cn. Põpeius Sexti filius cons. me presente: cũ essem Tyro in eius exercitu cũ p. Vectio Scatone duce Marsorũ inter bina castra collocutus est. Quod quidẽ memini Sex. pompeiũ fratrẽ consulis ad colloquiũ Roma. venire doctũ virũ: atq; sapientẽ: quẽ Scato cũ salutasset: quẽ te appellẽ inquit? At ille volũtate hospitẽ: necessitate hostẽ. Erat in illo colloquio æquitas/ nullus timor: nulla suberat suspitio; mediocre etiã odium. Nõ enim vt eriperẽt nobis socij ciuitatẽ: sed vt in eã reciperẽtur/petebant. Sylla cũ Scipione inter Cales & Teanũ: cũ alter nobilitatis florẽ: alter belli socios adhibuisset: de auctoritate Senat9/de suffragijs populi: & de iure ciuitatis: legis inter se cõditiones cõtulerũt: nõ tenuit omnino colloquiũ illud fidẽ: a vi tamẽ periculoq; abfuit. possumus ne igitur in Antonij latrocinio æque esse: & si hic nõ possumus: aut si cęteri possunt: me posse diffido/ q2 si nõ extra castra cõgrediemur/quæ ad colloquiũ castra sumẽtur? in nostra ille nũq̃ veniet: multo minus nos in illius. Reliquũ est: vt & accipiãtur/& remittãtur postulata per literas Ergo erimus in castris: mea ad oia postulata vna sententia/quã cũ hic vobis audientibus

dixero, isse & redisse me putatote. Legatio-
nē cōtero oia ad senatū mea sentētia reijci-
am quęcūq; postulauerit Antonius. Neq; em̄
licet aliter, neq; permissum est nobis ab hoc
ordine, vt bellis cōfectis decē legatis pmitti
solet more maiorū. Neq; vlla omnino a Se-
natu mandata accepimus, quæ cū agā in cō-
silio nonnullis repugnantibus vt arbitror:
nōne metuendū est: ne imperita militū mul-
titudo per me pacem distineri putet? Facite
hoc meū cōsiliū legiones nouas nō improba
re: nā Martiā & Quartā nihil cogitetis: præ
ter dignitatē & dec⁹ cōprobaturas esse. Cer
te scio ꝙ Veteranos non veremur: nā timeri
se ne ipsi quidem volunt, sed quonā modo ac
cipiēt seueritatē meā? multa. n. falsa de me
audierunt, multa ad eos improbi detulerūt,
quoꝝ cōmoda vt vos optimi testes estis, sem
per ego sentētia, auctoritate, oratiōe, firma-
ui: sed credunt improbis: credunt turbulētis
credunt suis. Sunt autē fortes illi quidem:
sed propter memoriā rerū quas gesserūt pro
po. Ro. libertate: & dignitate reip. nimis fe
roces: & ad suā vim oia nostra cōsilia reuo-
cantes: horū ego cogitationes nō vereor: im
petū pertimesco. Hæc quoq; pericula tāta si
effugero: satis ne tutū reditū putatis fore?
Cū. n. & vestra auctoritate, & meo me more
defendero: & meam fidem. R. P. constanti-
amq; præstitero: tum erunt mihi nō ij solum

qui me oderunt: sed illi etiã qui inuidẽt: extimescendi. Custodiatur igitur mea vita. R. P. eaq; quoad vel dignitas vel natura patietur patriæ reseruetur: mors autẽ necessitatẽ habeat: aut si oppetẽda mors est: oppetatur cũ gloria. Hæc cũ ita sint & si hanc legationẽ. R. p. vt leuissime dicam / nõ desiderat: tamen si tuto licebit ire: proficiscar omnino. P. C. totum huiusce rei consilium non periculo meo: sed vtilitate. R. P. metiar: de qua mihi: qm̃ liberũ est spatiũ: multũ etiam atq; etiam considerandum puto. Idq; potissimũ faciendum: quod maxime interesse. R. p. iudicauero.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. XIII.



N principio huius belli p. C. quod cũ impijs ciuibus: sceleratisq; suscepimus: timui ne conditio isidiosa pacis libertatis recuperandæ studia restingueret. Dulce enim nomen est pacis: res vero ipsa cum iucũda: tum salutaris. Nam nec priuatos focos: nec publicas leges: nec libertatis iura cara habere potest: quem discordiæ: quem cædes

ciuiũ: quẽ bellũ ciuile delectat: eũq; ex nume ro hominũ eijciendũ: ex finibus humanæ na turæ exterminãdũ puto. Itaq; siue Sylla si ue Marius: siue vterq;/siue Octaui⁹/siue Cin na: siue iterũ Sylla: siue alter Mari⁹ & Car bo: siue quis alius ciuile bellum optauit: eũ detestabilem ciuẽ. R. P. natũ iudico: nã quid ego de proximo dicã cuius acta defendimus cum auctorem ipsum iure cęsum fateamur. Nihil igitur hoc ciue nihil hoc homine te trius: si aut ciuis aut homo habẽdus est: qui ciuile bellum concupiscit. Sed hoc primũ vi dendũ est. p. C. cũ omnibus ne pax esse possit an sit aliquod bellũ expiabile in quo pactio pacis lex sit seruitutis. pacẽ cũ Scipiõe Syl la faciebat/nõ erat desperandũ si conuenis sent fore aliquem tolerabilẽ statũ ciuitatis. Cinna si concordiam cum Octauio confirma re voluisset: hominũ in. R. p. sanitas rema nere potuisset. Proximo bello si aliquid de summa grauitate põpeius/multũ de cupidi tate Cæsar dimisisset/& pacẽ stabilem & ali quam. R. p. nobis habere licuisset. Hoc vero quid est? cũ Antonijs pax potest esse? cũ Cẽ sorino/Ventidio/Trebellio/Bestia/Nucula/ munatio/Lentone/Saxa? Exẽpli causa pau cos nominaui genus infinitũ/immanitatẽq; ipsi cernitis reliquorum? addite illa naufra gia Cæsaris amicorum/Barbas/Cassios/Bar barios/polliones. addite antonij collusores

& sodales Eutrapelũ Melã. Celiũ. Pontium Crassicum Tironem. mustelã. Petusiũ. Comitatũ relinquo, duces nomino, huc accedũt Alaudæ: cæteriq; veterani, seminariũ iudicum tertiæ decuriæ: qui suis rebus exhaustis, beneficijs Cæsaris deuoratis: fortunas nostras concupierunt. O fidem dexterã Antonij qua ille plurimos ciues trucidauit. O Ratũ religiosũq; fœdus quod cum Antonio fecerimus: hoc si Antonius violare conabitur: Lucij eum sanctitas a scelere reuocabit. Illis locus si in hac vrbe fuerit: Vrbi ipsi locus nõ erit. Ora vobis eorũ ponite. p. C. ãte oculos & maxime Antoniorũ incessũ: aspectũ, vultũ spiritũ: latera tegẽtes alios: sequẽtes alios alios pregrediẽtes amicos: q̃ vi anhelit⁹ quas cõtumelias fore cẽsetis minasq; verborũ, nisi forte eos pax ipsa leniet: maximeq; cũ i hũc ordinẽ venerit salutabũt benigne: comiter appellabunt vnũquẽq; vestrum. Nõ recordamini per deos immortales quas in eos sentẽtias dixeritis, Acta Antonij rescidistis: leges refixistis: per vim: & cõtra auspicia latas decreuistis: toti⁹ Italiæ delectũ excitastis, Collegã & socium scelerũ omniũ hostem iudicauistis: cũ hoc quæ pax esse potest, Si esset externus hostis: tamen id ipsum vix talibus factis posset aliquo modo. Sed si maria, montes, regionũ magnitudines interessent, odisses eum quem non videres. Hi

in oculis hærebunt: & cum licebit / in faucibus: quibus enim ceptis tam immanes beluas continebimus? At incertus exitus belli est: est omnino fortium virorũ: quales vos esse debetis: virtute præstare tantũ vt possint fortunæ culpam non extimescere. Sed quoniã ab hoc ordine non fortitudo solũ: verũ etiã sapientia postulatur? q̃q̃ vix videntur hæc posse seiungi: seiungamus tamẽ: fortitudo dimicare iubet: iustum odiũ incendit: adconfigendũ impellit: vocat ad periculum quid sapientia? cautioribus vtitur consilijs imposterũ prouidet: est omni ratione protectior. Quid igitur censet? parendũ est. n. atq; id optimum iudicandum: quod sit sapientissime constitutum: si hoc præcipit: ne quid vita æstimem antiquius: ne decernam capitis periculo: fugiam omne discrimen: quæ ram ex ea etiam ne fuerit: cum id fecero seruiendum / si annuerit. Nego istam sapientiam q̃uis sit erudita. non audiam: sin responderit. Tu vero ita vitam corpusq; seruato: ita fortunas: ita rem familiarem: vt hæc posteriora libertate ducas: atq; his vti velis: si liberare rempub. possis: ne pro his libertatem: sed pro libertate hæc proijcias tanquã pignora iniuriæ: tũ sapiẽtię vocẽ audire videar: eiq; vt deo pareã. Itaq; si receptis illis possum⁹ eẽ liberi / vicam⁹ odiũ / paceq; potiamur. Sin ociũ icolumib⁹ ijs / si liber viuis ijs

incolumibusq; nullus esse potest letemur de-
certādi oblatā esse fortunā. Aut.n.illis iter
fectis fruemur victrice republica: aut op-
pressa: quod omen auertat iuppiter: si non
spiritu: at virtutis laude viuemus. at.n.nos
M. Lepidus iterum pontifex maximus op-
time proximo ciuili bello de. R.P. meritus
ad pacem adhortatur. Nulli⁹ apud me. P.C
auctoritas maior est: quam. M. Lepidi vel
propter ipsius virtutem vel propter familię
dignitatem. Accedunt eodē multa priuata:
magna eius in me merita: ac mea quędā offi-
cia in ipsum: maximum vero eius beneficiū
numero: q̄ hoc nomina in. R. P. est que mihi
vita mea semper fuit carior. Nam cum mag
num Pompeium Clarissimum adolescentē
præstantissimi viri filiū auctoritate addu-
xit ad pacem. Remque publicam sine armis
maximo ciuilis belli periculo liberauit. Tū
me eius beneficio plusquam pro virili parte
obligatum puto. Itaq; ei & honores decreui/
quos potui amplissimos: in quibus vos mihi
estis assensi: nec unq̄ de illo & sperare opti-
me & loqui destiti: magnis & multis pignori
bus. M. Lepidum Res publica obligatum te
net: summa nobilitas est/omnis honor/eius
amplissimū sacerdotiū. Plurima Vrbis orna
mēta: ipsius fratris: maiorūq; monumenta:
probatissima vxor optatissimi liberi res fami
liares cū ãpla tū casta a cruore ciuili: nemo

ab eo ciuis violatus: multi beneficio & misericordia liberati. Talis igitur vir & ciuis opinione labi potest: voluntate a. R. P. dissidere nullo pacto potest. pacem vult. M. Lepidus preclare: si talem potest efficere qualem nuper effecit: qua pace. cũ Cn. Põpeij filium R. P. aspiceret: suoque sinu complexuq; reciperet: neque solum illum: sed cum illo se ipsam sibi restitutã putauit. Hæc causa fuit cur decerneretis statuam in Rostris cum inscriptione præclara: cur absenti triumphum quãq̃. n. magnas res bellicas gesserat & triumpho dignas: non erat tamen ei tribuendũ: quod nec. L. Mumio nec Emiliano Scipioni: nec superiori Africano: nec Mario: nec pompeio. qui maiora bella gesserunt. Sed ꝙ silentio bellum ciuile confecerat: primũ vt licuit honores in eum maximos contulistis/ existimas ne igitur. M. Lepide qualẽ Põpeiũ. R. p. habitura sit ciuẽ: tales futuros Antonios: i altero pudor: grauitas: moderatio: integritas: in illis & cũ hos cõpello ꝑtereo illius ex grege latrocinij neminẽ: libidines/ scelera: ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos. p. C. quis hoc vestrum non videt: quod fortuna ipsa quæ dicitur cęca vidit: saluis enim actis Cæsaris quę concordiæ causa defendimus. Pompeio sua domus patebit: eamq; non minoris q̃ emit Antonius: redimet. Redimet inq̃ Cn. Pompeij

domũ filius. O rẽ acerbã: sed hæc satis diu multũq; defleta sunt: decreuistis tantã pecuniã Pompeio: quantã ex bonis patris in prædæ dissipationẽ inimicus victor redegisset. Sed hanc mihi dissipationẽ pro paterna necessitudine & cõiunctione deposco: redimet hortos / ædes / vrbana quędã quę possidet Antonius. Nã argẽtum / vestẽ / supellectilẽ vniversam amittet æquo aío. quæ ille helluo / illa belua dissipauit. Albanũ / Firmanũ / a Dolobella recuperabit: etiã ab Antonio Thusculanũ. Hiq; qui nunc Mutinã oppugnãt. D. Brutũ obsident: de Falerno anseres depellẽtur. Sunt alij plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur. Ego etiã eos dico: qui hostiũ numero nõ sunt: Põpeianas possessiones quanti emerint / filio reddituros. Satis inconsiderati fuit ne dicã audacis rẽ vel vllã ex illis attingere: retinere vero qui poterit clarissimo dño restituto? An is nõ reddet qui dñi patrimoniũ circũplexus: quasi thesaurum draco. Pompeij seruus: libertus Cæsaris: agri Lucani possessiones occupauit. Atq; illud septies milies quod adolescenti. P. C. spopõdistis: ita describite: vt videatur a vobis. Cne. Pompeij filius in patrimonio suo collocatus. Hæc Senatus. Reliqua po. ro. in ea familia: quam vidit amplissimam: prosequetur. In primis paternum auguratus locum: in quo ego eum / vt quod a patre

accepi/filio reddam/mea nominatione co-optabo: vtrum igitur augurem Iouis Optimi Maximi cuius interpretes internunciiq; constituti sumus: vtrum Pop. Ro. libentius sanciet Pompeium, an Antonium? Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse/vt actis Cæsaris firmis ac ratis. Cn. Pompeii filius posset & dignitatem & fortunas patrias recuperare: ac ne illud quidem silentio. P. C. prætermittendũ puto: quod clarissimi uiri legati. L. Paulus. Q. Thermus. C. Fannius: quorum habetis cognitam voluntatem in. R. P. eamq; perpetuam atq; constantem: nunciant se pompeii conueniẽdi causa diuertisse Massiliam/eũq; cognouisse paratissimo animo: vt cum suis copiis iret ad Mutinam/ni vereretur ne veteranorum animos offenderet. Est vero eius patris filius: qui sapienter faciebat non minus multa/quã fortiter. Itaq; intelligitis: & animũ ei presto fuisse: nec cõsiliũ defuisse. Atq; etiam hoc. M. Lepido prouidẽdũ est/ne quid arrogantius/quã mores eius ferũt facere videatur. Si eñ nos exercitu terret: non meminit illũ exercitũ. S. P. Q. R. atq; vniuersæ reipublice esse/nõ suum. At vti potest pro suo. Quid tum? omnia ne viris bonis quę facere possunt: facienda sunt? etiam si turpia: si perniciosa erunt? si facere omnino non licebit? Quid autem turpius aut fœ

dius: aut quod minus deceat: q̄ cõtra Senatũ, cõtra ciues, cõtra patriam exercitũ ducere? Quid vero magis vituperandũ, q̄ id facere quod non liceat? Licet autẽ nemini cõtra patriam ducere exercitũ. Siquidẽ licere id dicimus: quod legibus, quod moꝝ institutisq; cõceditur. Neq; n. quod quisq; potest, id ei licet: nec si non obstatur: propterea etiam permittitur. Tibi. n. exercitum Lepide tãq̄ maioribus tuis patria pro se dedit. Hoc tu arcebis hostẽ: fines imperij propagabis. Senatui po. q; ro. parebis. Si quam ad aliã rem te forte traduxerit: hæc si cogitasses M. Lepidæ M. Lepidi põtificis maximi fueris pronepos. Sin hominibus tantũ licere iudicas: quantum possunt, vide ne alienis exemplis hisq; recentibus vti: quã antiquis & domesticis malle videare. Quod si auctoritatem interponis sine armis: magis quidẽ laudo. sed vide ne hoc ipsum non sit necesse. Quãq̄. n. est tanta in te auctoritas: quãta debet in homine nobilissimo: tamen Senatus ipse non se contemnit. Nec vero fuit vnq̄ grauior, cõstantior, fortior. Incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandã. Non potest vllius auctoritate tantus. S. P. Q. R. ardor extingui, odimus, irati pugnamus, extorqueri de manibus arma non possunt: receptui signũ aut reuocationẽ a bello audire nõ possum⁹: speramus optima: pati vel difficillima ma-

sumus q̃ seruire. Cæsar cõfecit inuictum exercitum; duo fortissimi consules adsunt / cũ copijs. L. Planci Cõs. desig. Varia & magna auxilia non desunt: de D. Bruti salute certatur. Vnus furiosus gladiator cum teterri morũ latronũ manu cõtra patriã / cõtra deos penates / cõtra aras & focos: cõtra quattuor Consules gerit bellũ / huic cędamus? huius conditiones audiamus? cũ hoc pacẽ fieri posse credamus? At periculũ est: ne opprimamur: non metuo / ne is qui suis ãplissimis fortunis / nisi nobis saluis frui nõ possit: prodat salutẽ suã; bonos ciues primũ natura efficit / adiuuat deinde fortuna. Cibus. n. bonis expedit saluã esse rempu. Sed in ijs qui fortunati sunt magis id apparet. Quis fortunatior Lepido vt ante dixi? Quis eodẽ sanior? vidit ei9 mœsticiã: atq; lachrymas po. ro. Lupercalibus: vidit q̃ abiectus esset; q̃ cõfectus cũ Cæsari diadema imponens Antoni us seruũ se illius: q̃ Collegam esse malebat. Qui si reliquis flagitijs & sceleribus abstinere potuisset: tamẽ vnũ ob hoc factũ dignũ illũ omni pœna putarẽ. Nã si ipse seruire poterat: nobis dñm cur imponebat? Et si ei9 pueritia pertulerat libidines eorũ: qui erãt in eũ Tyranni: etiã ne in nostros liberos dñm & Tyrãnũ cõparabat? Itaq; illo interfecto qualẽ eũ in nos esse voluit / talis ipse in cæteros extitit. In qua enim barbaria quisq̃ tam te-

ter tā crudelis Tyrannus: quā in hac Vrbe armis barbarorū stipatus Antonius? Cæsare dominante veniebamus in Senatum: si non libere: attamen tuto: hoc archipirata Quid n. dicā Tiranno: hęc subsellia ab ithyreis occupabātur. Prorupit subito brundusium, vt inde agmine quadrato ad vrbem accederet: lautissimū oppidū nunc municipiū honestissimorum quondam colonorum Suessā fortissimorum militū sanguine impleuit. Brundusij in sinu non modo auarissimæ sed etiā crudelissimę vxoris delectos Martiæ legionis Centuriones trucidauit. Inde se quo furore: quo ardore ad Vrbem idest ad cædem optimi cuiusq; rapiebat? quo tempore dii ipsi immotales præsidium improuisum: nec opinātibus nobis obtulerūt. Cæsaris enim incredibilis ac diuina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit: quē tamen ille demēs ledere se putabat edictis ignorans q̄cunq; falso diceret in sanctissimū adolescentem ea vere reciderent in memoriam pueritiæ suę: ingressus vrbē est: quo comitatu vel potius agmine cū dextra sinistra gemēte. P. R. minaretur dominis: notaret domos: diuisurū se vrbem palam suis pollicere tur: rediit ad milites: Ibi pestifera illa Tyburi cōcio: inde ad Vrbē cursus: Senatus in Capitolium: parata de circūscribendo adolescēte sentēcia Cōsulatis. Cū repente: nam

Martiam legionem Albæ cõsedisse sciebat: affertur ei de Quarta nuncius: quo perculsus: abiecit consilium referendi ad Senatũ de Cæsare. Egressus est nõ vijs sed tramitibus paludatus: eodemq; die ipso innumerabilia. S. C. fecit: quæ quidem omnia citius lecta quam scripta sunt. Ex eo non iter sed cursus & fuga in galliam. Cesarem sequi arbitrabatur cum legione Martia: cum Quarta: cum veteranis: quorum ille nomen præ metu ferre non poterat: eiq; in Galliam penetrãti. D. se Brutus obiecit: qui se tutius belli fluctibus circumiri: q̃ illum aut egredi: aut progredi maluit. Mutinamq; illi exultanti tanq̃ frenos furoris iniecit: quã cum operibus munitionibusq; sepsisset: nec eum florẽtissimæ Coloniæ dignitas: neq; Cons. designati maiestas a parricidio deterreret: tũ me, testor & vos & po. Ro. & omnes deos qui huic Vrbi president: inuito & repugnante Legati missi tres Consulares ad latronem M. Antonium gladiatorum ducem. Quis tam barbarus vnquam, tam immanis: tam ferus? Non audiuit, non respondit: neq; eos solum præsentes, sed multo magis nos a quibus ille erant missi: spreuit: & pro nihilo putauit. Postea quod scelus: quod facinus parricida non ædidit? circumsedit colonos vestros: exercitum popu. Roma. Imperatorem Cons. designatum: agros diuexat. Ciuium

optimorũ hostis deterrimus, omnibus bonis cruces, ac tormenta minitatur. Cum hoc M. Lepide pax esse quę potest? cuius ne supplicio quidē vllo satiari videtur posse po. ro. Quod si quis adhuc dubitare potuit: quin nulla societas huic ordini. P. q;. R. cum illa importunissima belua possit eē: desinat profecto dubitare: his cognitis literis: quas mihi missas ab Hircio cōsule modo accepi. Eas dũ recito: dũq; de singulis sententiis breuiter disputo P. C. vt adhuc fecistis: me attente audiatis Antonius Hircio & Cæsari: neq; se imperatorē: neq; Hirciũ cōsulē: nec propr. Cæsarē: satis quidē hęc scite: deponere alienũ nomen ipse maluit: q̃ illis suum reddere. Cognita morte C. Trebonii nō plus gauisus sum q̃ dolui. Videte quid se gauisum, quid se doluisse dicat: facili⁹ de pace deliberabitis, dedisse pœnas sceleratũ cineri: atq; ossibus clarissimi viri, & apparuisse numē deorũ intra finē anni vertentis: aut iã soluto supplicio parricidæ: aut impendēte lætandũ est. O sparthace quē enim te potius appellē? Cui propter nefaria scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: lętandũ esse ausus es scribere: Treboniũ dedisse pœnas? sceleratũ? Treboniũ quo scelere? nisi q͡ te Idib⁹ Mar. a debita tibi peste seduxit? age hoc lętaris: videamus quid moleste feras: hostem iudicatũ hoc tēpore Dolobellã: eo q͡ sicarium occiderit: & videri

& videri cariorē p.R. filiū scurræ;q̄. C.Cæsarē patriæ parentē ingemiscendū est. Quid ingemiscis? hostē Dolobellā iudicatū? Quid te non intelligis delectu tota Italia habito Cōs. missis: Cesare ornato: sagis deniq; sūptis hostē iudicatū? qd est aūt scelerate quod gemas hostē Dolobellā iudicatū a Senatu: quē tu ordinem omnino esse nullum putas. Sed eam tibi causā belli gerēdi proponis, vt senatū fūditus deleas. Reliqui boni & locupletes omnes summū ordinem subsequātur. At scurræ filiū appellat: quasi vero ignotus nobis fuerit splēdid9 Quirites Trebonij pater. Is autem humilitatem despicere audet cuiusq̄: qui ex eadē sustulerit liberos. Acerbissimū vero est te, A. Hircii ornatum esse beneficiis Cæsaris & talē ab eo relictum, qualē ipse miraris. Equidem negare non possum a Cæsare Hirciū ornatum: Sed illa ornamēta in virtute & industria posita lucēt. Tu vero qui te ab eodem cęsare ornatū negare nō potes quid esses: si tibi ille non tam multa tribuisset? & quo te tua virtus prouexisset? & quo genus? in lustris popinis, alea: vino, tempus ætatis omne cōsūpsisses: vt faciebas cum in gremiis mimarū mentē metumq; deponeres. Et te o puer: puerū appellat quem non mō virum. Sed etiam fortissimū virum sentit & sētiet. Est istud quidē nomen ętatis Sed ab eo minime vsurpandū est, qui suam

amentiã huic prębet ad gloriã. Qui oĩa eius nomini debes: debet vero soluitq; præclare. Si enim ille patrię pater est; vt tu appellas. Ego quid sentiã: videro. Cur non hic parens verior: a quo certe vitã habemus e tuis facinorosissimis manibus ereptam? Id agere: vt iure dãnat⁹ sit Dolobella. Turpẽ vero actionẽ q̃ defenditur amplissimi auctoritas ordinis cõtra crudelissimi gladiatoris amẽtiã. Et vt venefica hæc liberetur obsidione. Veneficũ audes appellare eum virũ qui tuis veneficijs remedia inuenit? quẽ ita obsides noue Annibal: aut siquis acutior imperator fuerit/vt te ipse obsideas/neq; istinc: si cupias: possis explicare. Recesseris: vndiq; oẽs insequẽtur: manseris/hęrebis. Nimirũ recte veneficũ appellas: a quo tibi præsentem pestẽ vides cõparatã: vt q̃ potentissimus sit Cassi⁹ atq; Brutus/putes Censorinũ dicere: aut Vẽtidiũ: aut etiã ipsos Antonios. Cur autẽ nolim potentes esse: nõ modo nobilissimos viros: sed secũ etiã in. R. p. defensione coniunctos: nimirũ eodẽ modo hęc aspicitis: vt priora. Quę tandẽ castra põpeij Senatũ appellatis? An vero tua castra poti⁹ Senatũ appellaremus: in quib⁹ tu es videlicet cõsularis? cuius totus cõsulatus ex oi monumentorũ memoria reuulsus: duo pretores sine causa diffisi si se aliquid habituros. Nos. n. Cęs. beneficia defendimus; pretorij philadelphus.

Annius: & innocẽs Gallius. Edilitij coricus laterũ & vocis meę Bestia: & fidei patronus fraudator creditorũ Trebellius: & homo di ruptus dirutusq; Q. cęlius: columẽq; amicorũ Antonij cotula Vari9. Quos Antoni9 delitiarũ causa loris in conuiuio cædi iubebat a suis publice. Semptẽuirales Lento: Nucula tum delitiæ atq; amores po. Ro. L. antonius Tribunitij primũ duo designati. T. Hostilius qui suo iure in porta nomẽ inscripsit, qui cum prodere imperatorẽ suum nõ potuisset, reliquit: alter est designatus Viseius nescio quis fortis, vt aiunt latro: quẽ tamẽ tẽperantẽ fuisse ferunt Isauri balneatorem. Sequũtur alij tribunitij. C. Plancus in primis: qui si Senatũ dilexisset, nunquam Curiam incendisset: quo scelere dãnatus in eã Vrbem redit armis, a qua excesserat legibus sed hoc ei cõmune cũ plurimis dissimillimis. Illud tamen verũ quod in hoc plãco prouerbij loco dici solet: perire eũ non posse, nisi ei crura fracta essent, fracta sunt, & viuit: hoc tamẽ vt alia multa: Aquilæ fertur acceptũ: est etiam ibi Decius ab illis (vt opinor) maioribus Decijs. Itaque vt munere Cæsaris Deciorum quidem multo interuallo per hunc præclarum virum memoria renouata est. Saxam vero Decidiũ præterire qui possum hominem deductũ ex vltimis gentibus: vt Tr. ple. videremus: quem ciuem nunquã videra-

mus. Est quidē alter socerenas: oēs tamē tā tā habēt similitudinē inter se, vt in eorum prenominibus errem. Nec vero Exitius Phi ladelphi frater Quæstor pretermittēdus est ne si de clarissimo adolescente siluero, inui disse videar Antonio. Est etiam Asinius qui dā Senator volūtarius lectus: ipe a se aper tā curiā vidit post Cesaris mortem: mutauit calceos P.C. repente factus est. Nō noui Sex Albediū: sed tamen neminē tam maleficum offendi, qui illū negaret dignū antonij Se natu. arbitror me aliquos preterisse. De his tamē qui occurrebāt: tacere non potui. Hoc igitur fretus Senatu Pōpeianū senatū de spicit: in quo decē fuimus cōsulares, qui si oēs viuerent bellū omnino hoc non fuisset: auctoritati cessisset audacia. Sed q̄tū presi dij fuerit in ceteris: hinc intelligi potest: ꝙ ego vnus relictꝰ e multis cōtudi & fregi ad iuuantibus vobis exultātis prædonis auda ciā. Quod si fortuna nobis modo nō eripu isset Ser. Sulpitiū: eiusq; collegā. M. Marcel lū: quos ciues, quos viros? si duos Cons. ami cissimos patriȩ simul ex Italia eiectos. Si. L affraniū summū ducem: si. P. Lētulū ciuem cū in ceteris rebus: tū in salute mea singula rē: si Bibulum cuius est in rep. merito semp laudata constantia: si L. Domitiū præstan tissimū ciuē: si appiū Claudium pari nobili tate & voluntate preditū. Si. p. Scipionem

clarissimum virum; maiorũq; suorum simil-limum. R. p. tenere potuisset: certe his cõsu-laribus nõ esset pompeianus despiciẽdus se-natus. Vtrũ igitur equius, vtrũ melius R. p. fuerit Cn. pompeiũ: an sectorẽ Cn. Pompei j viuere Antoniũ? Quid vero prętorios: quo-rũ princeps M cato: idemq; omniũ gentium virtute princeps? Quid reliquos pręclarissi mos viros commemorẽ? nostis omnes magis vereor: ne longũ me enumerãdo: q̃ ne ingra-tũ in pretereundo putetis. Qui Edilitij? qui Tribunitij? qui Quęstorij? qui multi tales? senatorum & dignitas: & multitudo fuit: vt magna excusatione opus ijs sit: qui illa in castra nõ venerũt. Nũc reliqua attẽdite. Vi-ctũ Ciceronẽ ducem persequitur. Epistolam Antonij audistis: & libentius ducem audio: qꝫ certę ille dicit inuitus. Nã deuicto: nihil laboro, fatum. n. meũ est sine rep. nec vinci posse, nec vincere. Macedoniam munitis ex-erciti bus & quidem fratri tuo: qui a vobis nihil degenerat, extorsimus Africam cõmi-sistis Varo bis capto: hic cũ. C. fratre putat se litigare. In Syriam Cassium misistis. Nõ igitur sentis huic causæ orbẽ terræ parere? te extra munitiones tuas vestigiũ vbi impri mas: non habere? Proh in hac causa Cascam tribunatum gerere passi estis? Quid ergo vt Maryllũ: vt Cæsarẽ etiã a rep. remouerem? eũ: per quẽ vt neq; idẽ hoc posthac, neq; mul

ta huiuſmodi accidere poſſent: cõſecuti ſumus? vectigalia Iuliana Lupercis ademiſtis Lupercorũ mẽtionẽ facere audet: neq; illius diei memoriã perhorreſcit: quo auſus eſt obrutus vino: vnguẽtis oblitus: nudus: gemẽtẽ. P. R. ad ſeruitutẽ cohortari. Veteranorũ Colonias deductas lege S. C. ſuſtuliſtis: Nos ſuſtulim⁹: an cõtra legẽ comitiſs cẽturiatis latã ſanximus? vide ne tũ Veteranos: tamen eos qui erãt perditi / perdideris / in eumq; locũ deduxeris: ex quo iam ipſi ſentiũt ſe nũq̃ exituros. Maſſilieſibus iura bello adempta reddituros vos pollicemini. Nihil diſputo de iure belli: magis facilis diſputatio eſt: q̃ neceſſaria: illud tamen aduertite. P. C. quis ſit huic Reipublicæ natus hoſtis Antonius: tãtopere eam ciuitatẽ oderit: quã ſcit huic Reipublicæ ſẽper fuiſſe amiciſſimã. Neminẽ pompeianũ qui viuat / tenere lege Hircia dignitates quiſquã iam legis Hirciæ mẽtionẽ facit? Cuius nõ minus arbitror latorẽ ipſũ: q̃ eos: de quibus lata eſt: pœnitere: omnino quidem mea ſentẽtia legem illã appellare fas nõ eſt: & vt ſit lex: nõ debemus illã Hircii legẽ putare. Apuleiana pecunia Brutum ſubornaſtis. Quid ſi omnibus ſuis copiis excellẽtem virũ. R. P. armaſſet: quẽ tandẽ bonum pœniteret? nec eñ ſine pecunia exercitũ alere: nec ſine exercitu fratrẽ tuũ capere potuiſſet. Securi percuſſos Pętũ & Mene-

demũ ciuitate donatos & hospites Cæsaris laudastis. Nõ laudamus: quod ne audiuim⁹ quidẽ: valde. n. nobis in tãta perturbatione R. P. de duob⁹ nequissimis græculis cogitãdũ fuit: Theopompũ nudũ expulsũ a Trebonio cõfugere Alexãdriã neglexistis. Magnũ crimẽ Senat⁹ de Theopõpo sũmo hoĩe neglexim⁹: q vbi terrarũ sit: qd agat: viuat deniq; an mortu⁹ sit / qs ãt scit / aut curat / Ser. galbã eodẽ pugiõe subcinctũ i castris videtis. nihil tibi de Galba rñdeo fortissimo & cõstãtissimo ciue: corã aderit: presens tibi ipse & ille quẽ isimulas pugio rñdebit. Milites aut meos: aut veteranos cõtraxistis: tanq̃ ad exitũ eorũ q Cæsarẽ occiderãt: & eosdẽ nec opinãtes ad Quæstoris sui: aut Impe. aut cõmilitonũ suoꝝ pericula impulistis. s. verba dedim⁹ decepim⁹. Ignorabat legio Martia Quarta: nesciebãt veterani qd ageretur. Nũ illi Senat⁹ auctoritatẽ: an libertatẽ po. ro. seq̃bãtur / Cæsaris vlcisci mortẽ volebant: quã oẽs fatalẽ fuisse arbitrabãtur: te videlicet saluũ: beatũ: florentẽ esse cupiebãt. O miser cũ re: tũ hoc ipso q͵ nõ sentis q̃ miser sis: sed maximũ crimẽ audite. Deniq; quod nõ aut probauistis: aut fecistis / Quid faciat: si reuiuiscat? Quid / credo afferet aliquod scelerati hominis exemplum. Cn. Pompeium imitaturi sumus: aut filium eius si domi possit: poterit: mihi crede: nam paucis diebus & in

domos & in hortos paternos immigrabit. postremo negatis pacē posse fieri, nisi aut remisero Brutū, aut frumēto iuuero. Alii i- stuc negant. Ego vero ne si ista quidē feceris vnq̄ tecū pacem huic ciuitati futuram puto Quid hoc, placet ne veteranis istis, quibus adhuc omnia integra sūt: nihil vidi tā inte- grū: q̄ vt oppugnare Imperatorem incipiāt: quē tanto studio cōsensuq; offēderint. Quo- niam vos assentationibus & venenatis mu- neribus venistis: deprauati aut corrupti sūt, quibus persuasum sit fœdissimū hostē iustis- simo bello persequi. At militibus inclusis opē fertis: nihil moror eos saluos esse & ire quo lubet: si tamen patiuntur perire eum: q̄ meruit: q̄ benigne deniq; v si liberalitate An- tonij milites imperatorē reliquerūt, & se ad hostē metu perterriti cōtulerunt: per quos si nō stetisset: nō Dolobella pri9 impatori suo q̄ Antonius etiā Collegæ parētasset. Cōcor- diæ factā esse mentionē scribitis in Senatu Et legatos esse Cōsulares quinq;: difficile est credere eos qui me præcipitē egerint: æqssi- mas conditiones ferentē: & tamē ex his ali- quid remittere cogitātē: putare aliquid mo- derate aut humane esse facturos: vix etiam verisimile est: qui iudicauerint Dolobell am hostem ob rectissimū facinus: eosdem nobis parcere posse idem sentientibus: parū ne vi- detur omniū facinorū sibi cū Dolobella so-

cietatē initam confiteri? nonne cernitis ex vno fonte omnia scelera manare? ipse deniq; fatetur: hoc quidē satis acute non posse eos qui hostem Dolobellam iudicauerint ob rectissimū facinus: ita. n. videtur Antonio sibi parcere idē sētiēti? quid huic facias: qui hęc literis memoriæq; mandarit: ita sibi conuenisse cū Dolobella: vt ille Treboniū: & si posset etiam Brutum Cassiū discruciatos necaret. Eademq; inhiberet supplicia nobis: conseruādus ciuis cum tā pio iustoq; fœdere. Is etiam quęritur cōditiones suas repudiatas/ æquas quidem & verecūdas: vt haberet Galliā vltimam aptissimā ad bellū renouādum instruendumq; prouinciā: vt Alaude in tertia decuria iudicarēt: idest vt perfugiū scelerū essent cū turpissimis. R. P. sordib⁹ vt acta sua rata essēt: cuius nullū remanet Cōsulatus vestigium. Cauebat etiā L. Antonio qui fuerat æquissimus agri priuati: & publici decēpedator Nucula & Lētone Collega. Quā obrem vos potius animaduertite vtrum sit elegātius: & partibus vtilius Trebonii mortem persequi: an Cęsaris: & vtrū sit ęquius cōcurrere nos quo facilius reuiuiscat Pompeianorū causa toties iugulata: an consentire ludibriosissimis inimicis. Si esset iugulata: nunq̄ exurgeret: quod tibi tuisq; cōtingat: vtrū inquit elegantius: atq; hoc bello de elegātia quęritur: et partibus quid vtilius:

partes furiosæ dicũtur. In foro; in curia; bellum cõtra patriã nefariũ suscepisti: oppugnas Mutinã; circumsedes Conss. designatũ; bellũ contra te duo Conss. gerũt: cumq; his Popu. Ro. Cæsar cuncta contra te Italia armata est: istas tu partes potius q̃. R. P. defẽsionẽ vocas? poti⁹ ne Trebonii mortẽ: q̃ Cæsaris persequimur. Trebonii satis persecuti sumus: hoste iudicato Dolobella: Cæsaris mors facillime defenditur obliuione & silentio. Sed videte quid moliatur: cum mortem Cæsaris vlciscẽdã putat: mortẽ proponit nõ iis solũ q illã rem gesserũt; Sed iis etiã si q non moleste tulerũt. Quibus vtri nostrũ ceciderint: lucro futurũ est. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit: ne videret vni⁹ corporis duas acies lanista Cicerone dimicãtes: qui vsq; eo felix est: vt eisdẽ ornamẽtis deceperit vos: quibus deceptũ Cæsarẽ gloriatus est: pergit in mea maledicta: quasi vero ea pulcherrime priora præcesserint quem ego iniustũ verissimis maledictorũ notis tradã hominũ memoriæ sẽpiternæ. Ego lanista / & enim nõ incipiens: deteriores enim iugulare cupio: meliores vincere. Vtri ceciderint scribit lucro nobis futurũ: præclarũ lucrum: quo lucro te victore. Quod dii omẽ auertãt / beata mors eorum futura sit: qui e vita excesserint sine tormentis. A me deceptos ait / eisdem ornamentis Hirciũ / & Cæsarẽ. Quod

queso adhuc a me est tributũ Hircio ornamẽtum? nã Cæsari plurima & maiora debẽtur: deceptũ autem patrẽ a me Cęs. dicere audes? tu tu inquam illum occidisti Lupercalibus: cuius homo ingratissime Flaminia cur reliquisti? Sed iam videte magni & clari viri admirabilẽ grauitatẽ: atq; cõstãtiã. Mihi quidẽ cõstat: nec meã quidẽ contumeliã / nec meorũ ferre / nec deserere partes quas põpei⁹ obiuit / nec veteranos sedibus suis moueri patiar / nec singulos ad cruciatũ trahi: nec fallere fidem quã dedi Dolobellę. Omitto alia: fidẽ Dolobellæ sãctissimi viri deserere homo pius non potest / quã fidẽ? an optimi cuiusq; sedes: vrbis / & Italiæ partitiões / sẽtẽtias dã darũ / diripiẽdarũq; prouinciarũ. Nã qd erat aliud quod iter Anto. & Dolobellã impurissimos pricidas fœdere ac fide sanciret? Ne Lepidi societatẽ violare piissimi hois. Tibi cũ Lepido societas? aut cũ vllo nõ dicã bono ciue / aut sicut ille est: sed hoie sano. Id agis vt Lepidũ aut ipiũ aut insanũ existimari velis. Nihil agis: q̃q̃ affirmare de aliquo difficile ẽ. De Lepido p̃sertim quẽ ego metuã nũq̃: bene sperabo dũ licebit. Reuocare te a furore Lepid⁹ voluit / nõ adiutor esse demẽtię. Tu porro ne pios quidẽ: sed piissimos q̃ris & quod verbũ oĩno nullũ in lingua latina est / id propter tuã diuinã pietatẽ nouũ inducis. Nec Plãcũ prodere pricipẽ cõsiliorũ. Plãcũ

participē? Cuius memorabilis ac diuina vir tus lucē affert. R. P. nisi forte subsidio tibi venire arbitraris cū fortissimis legionibus magno equitatu: peditatuq; Gallorū? quiq; nisi ante aduentū eius. R. P. pœnas dederis ille huius belli feret principatū: q̄q̄. n. pri ma præsidia vtiliora reip. sint: tamen extre ma sunt gratiora. Sed iam se colligit: & ad extremū incipit philosophari. Si me rectis sensibus euntē dij immortales (vt spero) ad iuuerint: viuā libēter. Si autē aliud me fatū manet: præcipio gaudia suppliciorū vestro rū. Nā si victi Pompeiani tā insolentes: vi ctores quales futuri sint: vos potius experi emini: præcipias licet gaudia: nō. n. tibi cū Pompeianis: sed cū vniuersa. R. P. bellū est: oēs te dij, hoīes summi, medij, infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi, serui oderūt. Sensimus hoc nuper falso nuntio: vero pro pediem sentiemus: quæ si te cū ipse recolis: æquiore animo & maiore cōsolatiōe morie re. Deniq; summa iudicij mei spectat huc: vt meorū iniurias ferre possim: si aut obliuisci velint ipsi fecisse aut vlcisci parati sūt una nobiscū Cæsaris mortē: hac Antonij senten tia cognita dubitaturos ne. A. Hircium. C. Pansam Cons. putatis: quin ad Antonium transeant? Brutū obsideant? Mutinā expug nare cupiāt? Quid de Pāsa & Hircio loquar Cæsar singulari pietate adolescens: poterit

ne se tenere; quin D. Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaq; fecerunt vti his litteris lectis ad monitiones propius accederent. Quo maior adolescens Cæsar maiore deorũ immortaliũ beneficio reipu. natus est: qui nulla specie paterni nõis: nec pietate vnq̃ abductus est: intelligit maximã pietatẽ conseruatione patriæ contineri: ꝙ si partiũ certamen esset: quarũ omnino nomen extinctum est: Antonius ne potius & Ventidiꝰ partes Cæsaris defenderent: q̃ Cæsar adolescẽs sũma pietate & memoria parentis sui? Deinde Pãsa & Hircius qui quasi cornua duo tenuerunt: Cæsaris: tũ cũ ille vere partes vocabãtur. Hę vero quę sunt partes? cũ alteris senatus auctoritas po. Ro. libertas R. P salus proposita sit: alteris cædes bonorum: Vrbis/Italiæq; partitio. Veniamus aliquando ad clausulã. Legatos venire non credo: bene me nouit: bellũ quod veniant: proposito præsertim exemplo Dolobellæ: sanctiões erũt credo maioreq; iure Legati: q̃ duo Cõs. contra quos arma fert: q̃ Cęsar cuius patris Flamẽ est: q̃ cons. designatus/quẽ oppugnat q̃ Mutina/q̃ obsidet/q̃ patria: cui igni ferro ꝙ minitatur: cũ venerint quæ postulãt: cognoscã. Quin tu abis in malã pestẽ/malumq; cruciatũ: ad te quisq̃ veniat nisi Ventidij similis? oriens incendiũ: qui restinguerent: sũmos viros misimus/repudiasti: nũc in tantã

flāmā tāq̄ inueteratā mittamus? cū locū tibi relictū non modo ad pacē: sed ne ad deditionem quidē feceris. Hanc ego epistolā. P. C. nō quo illū dignū putarē/recitaui: sed vt cōfessionibus ipsius oia patefacta eius parricidia videretis. Cū hoc pacē. M. Lepidus vir ornatissimus oib⁹ & fortunæ & virtutis bonis: si hæc videret. Deniq; aut vellet: aut fieri posse arbitraretur: prius vndas flāmāq; (vt ait poeta nescio quis) prius deniq; oia q̄ aut cū Antonijs resp. aut cū repu. Antonij redeāt in gratiā. Monstra quædā sunt ista: & portēta & prodigia R. P. moueri sedibus huic Vrbi melius est: atq; in alias (si fieri possit) terras demigrare: vnde Antoniorū nec facta nec nomen audiat: q̄ illos Cæsaris virtute eiectos Bruti retētos intra hęc mœnia videre. Optatissimū est vincere. Secūdū est nullū casum pro dignitate & libertate patriæ nō ferendū putare: quod reliquū est/nō est tertiū/sed postremū omniū maximā turpitudinem suscipere vitę cupiditate. Quę cū ita sint de mādatis literisq;. M. Lepidi. V. C. Seruilio assentior: & hoc amplius. Censeo magnū Pōpeiū. Cn. F. pro patris maiorūq; suorū aio studioq; in R. P. suaq; pristina virtute/idustria/volūtate/fecisse: q suā eorūq; quos secū haberet: operā Senatui po. q; ro. pollicit⁹ esset. Eāq; rē. S. P. Q. R. gratā acceptāq; esse: eiq; honori dignitatiq; eā rē fore. Hoc vel cōiun

gi cũ hoc. S. C. licet: vel seiũgi potest: separatimq; perscribi: vt proprio. S. C. Põpeius collaudatus esse videatur.

M. T. C. in. M. Antonium. Philippica. XIIII.



Vltis ex litteris quæ recitatæ sunt P. C. sceleratissimorũ hostiũ exercitũ cæsum fusumq; cognoui: sic id quod etiã oẽs maxime optamus: ex ea victoria quę parta est: cõsecutũ arbitramur. D. Brutũ egressũ iã Mutina esse si cognouissem: propter cuius periculũ ad saga issemus, propter eiusdẽ salutẽ redeundũ ad pristinũ vestitũ sine vlla dubitatione censerẽ. Ante vero q̃ ea res quã auidissime ciuitas expectat allata sit: lætitiæ fructus satis est maximę prẹclarissimęq; pugnæ: reditũ ad vestitũ cõfectæ victoriæ reseruate: cõfectio autẽ huius belli est. D. Bruti salus. Quę autẽ est ista sententia: vt in hodiernũ diẽ vestitus mutetur? Deinde cras sagati prodeamus? Nos vero cum semel ad eum quem cupimus optamusque: vestitum redierimus: id agamus vt eum in perpetuum retineamus. Nã

hoc quidem cũ turpe est: tũ ne dijs quidẽ im mortalibus gratũ ab eorundẽ aris ad quas togati adierimus ad saga sumenda: discedere. Atq; animaduerto P. C. quosdã huic fauere sententiæ: quorum ea mens, idq; cõsilium est: vt cũ videant illũ gloriosissimũ D. Bruto futurũ diem: quo die propter eius salutẽ redierimus ad vestitũ: hunc tantũ ei fructũ eripere cupiãt: ne memoriȩ: posteritatiq; prodatur: propter vnius ciuis periculũ po. Ro. ad saga iuisse: propter eius salutẽ redisse ad togas, tollite hanc, nullã tã prauȩ sententiȩ causã reperietis. Vos vero. P. C. cõseruate auctoritatẽ vestrã, manete in sentẽtia, tenete vestra memoria quod sæpe ostendistis. Huius totius belli in vnius viri fortissimi & maximi vita positũ esse discrimen ad. D. Brutũ liberandũ Legati missi principes ciuitatis: qui illi hosti ac parricidæ denunciarent: vt a Mutina discederet, eiusdẽ D. Bruti cõseruandi gratia Cõs. sortiti, ad bellũ profect⁹. A. Hircius cuius imbecillitatẽ valetudinis animi virtus, & spes victoriȩ cõfirmauit Cȩsar cũ exercitu cõparato primis pestibus. R. P. liberasset: nequid postea sceleris oriretur profectus est ad eundẽ Brutũ liberandũ: vicitq; dolorẽ aliquẽ domesticũ patriæ charitate. Quid. C. Pãsa ægit aliud delectib⁹ habẽdis, pecunijs cõparandis. S. C. faciendis grauissimis in Antonium, nobis cohortãdis

p. R. ad

p.R.ad causã libertatis vocãdo:nisi vt.D. Brutũ liberaret?A quo.P.R.frequẽs ita sa- lutẽ.D.Bruti vna voce depoposcit:vt eã nõ solũ cõmodis suis:sed etiã necessitati victus anteferret. Quod sperare nos quidẽ debem⁹ P.C.aut inibi esse aut iam esse confectũ. Et spei fructũ rei conuenit & euentui reseruari: ne aut deorũ immortaliũ beneficiũ festina- tione præripuisse:aut vim fortunæ stultitia contẽpsisse videamur. Sed qm̃ significatio vestra satis declarat quid de hac re sẽtiatis: ad literas veniã: quæ sũt a consule & a pro- prætore missæ:si pauca ante quæ ad ipsas li- teras pertineãt dixero. Imbuti sãguine gla- dij p.C.legionum exercituũq; nostrorũ:vel madefacti potius duorũ Conss.tertio Cæsa- ris prælio si hostiũ fuit ille sãguis sũma mi- litũ pietas:nefariũ scelus si ciuiũ. Quousq; igitur is qui omnes hostes scelere superauit: nomine hostis carebit? Nisi mucrones etiam nostrorũ militum tremere vultis & dubitare vtrum in ciue: an in hoste figãtur. Supplica tionẽ decernitis:hostẽ nõ appellatis? gratæ nostris diis immortalib⁹ gratulatiões erũt: gratæ victimæ cũ interfecta sit ciuiũ multi- tudo?de improbis(inquit)& audacib⁹:nã sic eos appellat clarissim⁹ vir?Quæ sũt vrbana rũ maledicta litiũ nõ iiusta reuelli ĩternecti nota:testamẽta credo subiiciũt:ãt eiiciũt vi cinos:aut adolescẽtulos circumscribũt.His

enim viciis affectos & talibus malos & auda ces appellare cõsuetudo solet: bellũ in expiabile infert quattuor Cõsulibus vnus oium latronũ teterrimus: gerit idem bellũ cũ Senatu. P. q; R. omnibus q̃q̃ ruit ipsi suis cladibus: pestẽ: vastitatem: cruciatũ: tormenta denunciat. Dolobellę ferum & immane facinus: quod nulla barbaries posset ignoscere: id deorum consilio factũ esse testatur: quæq; esset facturus in hac Vrbe: nisi eum hinc ipse Iuppiter ab hoc tẽplo mœnibus repulisset: declarauit in Parmẽsium calamitate: quos optimos viros honestissimosq; homies maxima cũ auctoritate hui9 ordinis Popu. q; Ro dignitate cõiunctos crudelissimis pœnis interfecit. Præludiũ illud & portentum. Lu. Antoni9: insigne odiũ omniũ hominum: vel si etiam dii oderit quos oportet: omniũ deorũ. Refugit anim9 Patres Cõ. eaq; formidat dicere. Quæ. L. Ant. in Parmẽsium liberis & cõiugibus effecerit. Quas. n. turpitudines Antonii libenter cũ dedecore subierunt: easdẽ per vim lætãtur alijs se intulisse. Sed vis calamitose e qua illis intulerũt: libido flagitiosa qua Antoniorũ oblita est vita. Est igitur quisquã qui hostes appellare nõ audeat: quorũ scelere crudelitatẽ cõstat Carthaginensiũ victã esse? Qua enim in vrbe tam immanis Annibal capta: q̃ in Parma subrepta Antonius? nisi forte huius coloniæ & cæte-

tarū in quas eodem est animo: non est hostis putandus: Si vero coloniarū & municipiorū sine vlla dubitatione hostis est: qd tādē hui⁹ cēsetis vrbis quā ille ad expiēdas egestates latrocinij sui cōcupiuit. quā iā petit⁹ metator & calidus decēpeda sua saxa diuiserat. Recordamini per deos immortales. p. C. qd hoc biduo timuerimus: a domesticis hostibus id est q intra mœnia hostes sūt: rumorib⁹ improbissimis dissipatis qs liberos: quis cōiugē aspicere poterat sine fletu. quis domum. quis tecta. quis larē familiarē. Iā āt fœdissimā mortē omnes: aut miserabilē fugā cogitabāt. Hęc a quib⁹ timebantur: eos hostes appellare dubitamus. grauius si quis attulerit nomē libēter assētiar. Hoc vulgari cōtētus vix sū: leuiore nō vtar. Itaq; cū supplicatiōes iustissimas ex his litteris quæ recitatæ sunt: decernere debeamus. Seruiliusq; decreuerit: augebo oīno numerū dierū. præsertim cū nō vni sed trib⁹ ducib⁹ sūt decernēdę. Sed hoc primū vt faciā Imperatores appellē eos: quorū virtute & cōsilij felicitate maximis periculis seruitutis atq; iterit⁹ liberati sum⁹. Etenī cui vigiti his ānis supplicatio decreta ē: vt nō iperator appellaret: aut minimis reb⁹ gestis: āt plerūq; nullis. Quāobrē aut supplicatio ab eo q ātedixit decernēda nō fuit: aut vsitatus honos puulgatusq; tribuēd⁹ ijs qb⁹ etiā noui & singulares debē

tur. At si quis Hispanorum/aut Gallorum/aut Thracũ mille: aut duo milia occidisset: non eũ hac cõsuetudine q̃ increbuit imperatorẽ appellaret Senatus: tot legionib⁹ cæsis tãta multitudine hostiũ interfecta (dico inquam hostiũ: q̃uis hoc isti hostes domestici nolint) clarissimis ducibus supplicationis honorem tribuem⁹: Imperatorum nomẽ adimem⁹? Quã-to. n. honore lætitia: gratulatione ĩ hoc tẽ-plũ ĩgredi debẽt illi ipsi hui⁹ vrbis liberato-res? cũ hesterno die propter eorũ res gestas me ouãtẽ & prope triũphãtẽ. P. R. in capito liũ domo tulerit: domũ ĩde reduxerit? Is de-mũ est mea q̃dẽ snia iustus triũph⁹: ac verus: cũ bñ de. R. P. meritis testimoniũ a consẽsu ciuitatis datur: nã siue in cõi gaudio. P. R. vni gratulabãtur: magnũ iudiciũ: siue gra-tias agebãt: eo maius: siue vtrũq; nihil ma-gnificẽti⁹ excogitari potest. Tu igitur de te dixerit quispiã: & quidẽ inuitus: sed iniuriæ dolore aio me pp cõsuetudinẽ gloriosũ. Nõ ne satis est ab hominib⁹ virtutis ignaris gra tiã bene merentibus non referri: etiã in eos: qui oẽs suas curas in. R. P. salutẽ defigũt? Scitis enim per hos dies creberrimum fu-isse sermonẽ: me p idus quĩtiles q dies hodie est: cũ fascib⁹ descẽsurũ: aliquẽ ne imperato rẽ habituri erim⁹? crimẽ ĩuidia quęrẽt? Cre-do hoc in gladiatorẽ: aut latronẽ: aut Catili nã esse cõsultũ: nõ in eũ qui ne quid tale ĩ. R

pu. fieri possit: effecerit? an vt ego qui Cati-
linã hæc molientẽ sustulerim, euerterim, af
flixerim: ipse extiterim repẽte Catilina? qui
bus auspicijs istos fasces augur acciperem?
quaten⁹ haberẽ? cui traderẽ? q̃q̃ opinor: nec
fuisse tam sceleratum qui hoc fingeret: tam
furiosũ qui crederet. Vnde igitur ista suspi-
cio: vel potius iste sermo? cũ vt scitis hoc tri
duo vel quatriduo tristis a Mutina fama ma
naret, inflati lętitia, atq; insolentia impij ci
ues vnũ se in locũ ad illã curiã viribus poti
us suis q̃ R. p. infelicẽ congregabãt. Ibi cũ
consiliũ inirent de cæde nostra: partirẽturq;
inter se, qui capitoliũ, qui hostia, qui vrbis
portas occuparẽt: ad me concursum futurũ
ciuitatis putabãt. Quod vt inuidia mea fie
ret: & cũ vitę etiã periculo: famã istã fasciũ
dissipauerũt: fasces ipsi ad me delaturi fue-
runt. Quod cũ esset quasi mea voluntate fa
ctũ: tũ in me impetus cõductoꝝ hoim: quasi
in tyrãnũ parabatur, ex quo cędes esset ve-
strum oim cõsecuta. Quę res patefecit p. C.
sed suo tẽpore totius huius sceleris fons a-
perietur. Itaq; Apuleius Tr. ple. meorũ oim
cõsiliorũ, periculorũq; tã idem q̃ a consula-
tu meo testis conscius, et adiutor dolorẽ fer
re non potuit. Doloris mei contionẽ habuit
maximã po. ro. vnũ atq; idẽ sentiẽte. In qua
cõcione cũ me pro sũma cõiunctione & fami
liaritate liberare suspitione fascium vellet

vna voce cũcta cõcio declarauit: nihil esse a me vnq̃ de repu. nisi optime cogitatum. post hãc habitã cõtionẽ duab⁹ tribusue horis optatissimi nũtij & literæ venerũt: vt idẽ dies nõ modo me iniquissima inuidia liberaret: sed etiã celeberrima P. R. gratulatiõe auxerit. Hęc interposui. P. C. nõ tã vt pro me dixerim: male. n. mecũ ageretur: si parũ vobis essem sine defensione purgatus: q̃ vt quosdã nimis ieiuno aio & angusto monerẽ id: quod ego semper fecissem: vti excellẽtiũ ciuiũ virtutẽ imitatiõe dignã nõ inuidia putarẽt, magnus est in. R. p. cãpus: vt sapiẽter dicere solebat Crassus. Multis apertus cursus ad laudẽ. Vtinã quidẽ illi p̃cipes viuerẽt: qui me post meũ cõsulatũ, cũ ijs ipse cederẽ, principẽ nõ inuiti videbãt. Hoc vero tẽpore in tãta inopia cõstantiũ & fortiũ cõsulariũ. Quo me dolore affici creditis cũ alios male sentire: alios nihil õnino curare videã: alios parũ cõstanter in suscepta causa p̃manere? sententiãq; suã, nõ propter vtilitatẽ reip. sed cõspecto timore moderari? Quod si quis de cõtẽtione principatus laborat: q̃ nulla esse debet: stultissime facit, si vitijs cũ virtute contẽdit. Vt. n. cursu cursus. Sic in viris fortibus virt⁹ virtute supatur. Tu si ego de rep. optime sentiã, vt me vincas: ipse pessime senties? aut si ad me bonorũ cõcursum fieri videbis: ad te iprobos inuitabis? Nollẽ primũ

R.p.cã:deinde etiã dignitatis tuę;sed si prĩcipat⁹ ageretur:quē nũq̃ expetiui:quid tandē mihi esset optatius?Ego.n.malis sententijs vinci nõ possũ:bonis forsitã possim:& libēter herere:nũc hęc po.ro.videre:aiaduertere iudicare:quidã moleste ferũt/poterat ne fieri vt nõ perinde hoies quoq;:vt quisq; mereretur iudicarēt?Vt.n.de vniuerso senatu po.ro.verissime iudicat nullis.R.p.tēporib⁹ hũc ordinē firmiorē:aut fortiorē fuisse. Sic de vnoquoq; nostrũ & maxime qui hoc loco snias dicim⁹/sciscitãtur oēs/ auēt audire quod quisq; senserit.Ita de vnoquoq; vt quē q̃ meritũ arbitrantur/existimant. Memoria tenent me ante diem.xiiij.Kalen.Iañ.principē reuocandę libertatis fuisse:me ex.Kal. Iañ.ad hanc oram vigilasse.R.p.meam domum measq; aures dies & noctes omniũ præceptis monitisq; patuisse: meis literis:meis nuntiis meisq; cohortationibus omnes qui vbiq; essēt ad patriæ presidiũ excitatos meis sētētiis.a Kl. Iañ nũq̃ legatos ad Antoniũ: sēper illum hostē:sēper hoc bellũ:vt ego qui omni tempore veræ pacis auctor fuissē:huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus.idē Ventidium cum alijs Tribuñ.pleb.voluisse Vnu m esse semper hostem. In has sententias meas si Consſ.designati discessionem facere voluissent: omnibus istis latronibus auctoritate ipsa senatus iã pridē de manibus ar-

ma cecidissent. Sed quod tũ non licuit P.C. id hoc tpe nõ solũ licet: vere etiã necesse est: eos q re sunt hostes: verbis notari: snijs nr̃is hostes iudicari. Antea cũ hostẽ aut bellũ nominassem semel & ſępi⁹: sentẽtiã meã de numero sentẽtiarũ sustulerũt: quod in hac causa iã fieri nõ potest. Ex literis.n.C. Pãsę. A. Hircij consulũ C. Cæsaris propr. de honore dijs immortalib⁹ habẽdo: sentẽtias dixim⁹/ supplicationẽ modo qui decreuit: idẽ imprudẽs hostes iudicauit. Nũq̃.n. in ciuili bello supplicatio decreta est: decretã dico: ne victoris quidẽ literis postulata est. Ciuile bellũ cõs. Sylla gessit: legionibus in vrbẽ adductis/quos voluit expulit/quos potuit/occidit/supplicationis mẽtio nulla. Graue bellũ Octauij isecutũ est. Supplicatio nulla victoriæ. Cinnę victoriã imperator vlt⁹ ẽ Sylla: nulla supplicatio decreta a senatu. Ad te ipsum P. Seruiliũ misit vllas Collega literas de illa calamitosa pugna pharsaliæ? nũ te de supplicatione voluit referre? profecto noluit. At misit postea de Alexandria: de Pharnace. Pharsalię vero pugnę ne triũphũ qdẽ ęgit. Eos.n. ciues pugna illa sustulerat: qbus nõ modo victorib⁹/sed etiã viuis: & icolumis & florẽs ciuitas esse posset. Quod idẽ cõtigerat superiorib⁹ bellis ciuilib⁹: nã mihi cõsuli supplicatio nullis armis sũptis nõ ob cędẽ hostiũ: sed ob cõseruationẽ ciuiũ nouo

& īaudito genere decreta est. Quamobrē aut supplicatio ob cōseruationē. R. P. pulcherri me postulātibus nostris Imperatoribus pub lice denegāda est: quod præter Gabiniū cōti git nemini: aut supplicatio est decernenda: hostes iudico: cū victores appello Imperato= res. Quo modo eñ potius Pāsā appellē: & si habet honoris nomē āplissimi? quo Hirciū? Est enim ille quidē Cōs. sed alterū nomē be= neficii est. P. R. alterū virtutis atq; victorię. Quid Cæsarē deorū beneficio. R. p. procrea= tū: dubitē ne appellare Imp. qui primus An= tonii immanē & fœdā crudelitatē nō solum a iugulis nostris: sed etiā a membris & visce ribus auertit. Vnius autē diei quot & quātæ virtutes dii imortales fuerūt? Princeps eñ omniū Pāsa prælii faciēdi & cū Antonio cō= fligēdi fuit: dign⁹ Imperator legione Mar= tia: digna legio Imperatore: cuius si acerri= mū impetū cohibere Pāsa potuisset vno prę= lio cōfecta res esset. Sed cū libertatis auida legio effrenatius in aciē hostium irrupisset: ipseq; in primis Pāsa pugnaret: duobus peri culosis vulneribus acceptis sublatus e præ= lio Rei. p. vitā reseruauit. Ego vero hūc nō solū imperatorē sed etiā clarissimū impera= torē iudico: qui cū aut morte: aut victoria se satisfacturū Reipu. spopōdisset: alterum fecit. Alterius dii imortales omē auertant. Quid dicā de Hircio? qui re audita e castris

duas legiones eduxit incredibili studio atq; virtute? Quare iam illa quæ relicto Antonio se olim cum Martia legione cõiũxit: & septima: quæ cõstituta ex veteranis: docuit hoc prælio militibus his qui Cæsaris beneficia seruassent: Senatus P. q; R. carũ nomẽ esse. In his viginti cohortibus nullo eqtatu Hircius ipse aquilã quartę legionis cũ inferret / quia nullius pulchriorẽ speciẽ Imperatoris accepim⁹: cũ tribus Antonij legionib⁹ equitatuq; conflixit: hostesq; nefarios huic Ioui maximo cæterisq; deorũ immortaliũ tẽplis vrbis tectis libertati P. R. nostræ vitę ságuiniq; imminẽtes prostrauit / fudit / occidit / vt cũ admodũ paucis nocte tectus metu perterritus princeps latronũ: duxq; fugerit. O solẽ ipsum beatissimũ qui ãteq̃ se abderet stratis cadauerib⁹ parricidarũ cũ paucis fugientẽ vidit Antoniũ. An vero quisq̃ dubitabit appellare Cæsarẽ Imperatorẽ? ætas ei⁹ certe ab hac sentẽtia neminẽ deterrebit quãdo quidẽ virtute superauit ętatẽ. Ac mihi semper eo maiora beneficia Cæsaris visa sunt: quo minus erãt ab ætate illa postulãda: cui cũ imperiũ dabamus: eodẽ tẽpore & spẽ ei⁹ nominis deferebamus: quod cũ est cõsecut⁹: auctoritatem nostri decreti rebus gestis suis cõprobauit. Hic ergo adulescẽs maximi animi: vt verissime scribit Hircius: castra multarũ legionũ paucis cohortibus tutatus est:

secūdūq; prælīū fecit. Ita triū imperatorū pop. ro. virtute/consilio/felicitate vno die locis plurib⁹ R. p. est cōseruata. Decerno igitur eoꝝ triū nomine. L. dieꝝ supplicatiōes: quas vt honorificētissimis verbis ipe cōseq potero: cōplectar ipsa snia. Est autē fidei pietatisq; nře declarare fortissimis militib⁹ q̄ memores sim⁹: quāq; grati. Quāobrē promissa nřa atq; ea q̄ legiōibus bello cōfecto tributuros spopōdimus: hodierno S. C. renouāda cēseo. Equū est. n. militū taliū p̄sertim honorē cōiūgi. atq; vtinā P. C. ciuibus oībus soluere nobis p̄mia liceret: q̄q̄ ea q̄ nos promisim⁹ studiose cumulata reddemus. Sed id q̄dē restat vt spero victorib⁹ q̄b⁹ Senat⁹ fides p̄statut: quē quia difficillimo R. p. tpe secuti sūt: eos nūq̄ oportebit cōsilij sui pœnitere. Sed facile est bn̄ agere: cū his etiā a q̄b⁹ tacētib⁹ flagitari videmur. Illud admirabili⁹ & mai⁹: maxīeq; propriū Senat⁹ sapiētis ē: gratiaꝝ virtutē memoria proseq: qui pro patria vitā profuderūt: quoꝝ de honore vtinā mihi plura in mētē venirēt: duo certe nō p̄teribo q̄ maxime occurrūt: quoꝝ alteꝝ p̄tinet ad viroꝝ fortissimoꝝ gloriā sēpiternā. Alteꝝ ad leniēdū merorē & luctū proximorum. placet igit̄ p. C. legiōis Martię militib⁹: & eis q̄ vna pugnātes occiderūt: monumētū fieri q̄āplissimū. Magna atq; incredibilia sunt in rēpu. hui⁹ merita legiōis. Hęc si prima latrocinio

abrupit Antonij. Hæc tenuit Albã: hęc se ad Cæsarem cõtulit. Hãc imitata quarta legio parẽ virtutis gloriã cõsecuta est. Quarta victrix desiderat neminẽ: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderunt. O fortunata mors, quæ naturę debita pro patria est potissimũ reddita. Hos vero patrię natos iudico quorũ etiã nomẽ a Marte est: vt idẽ deus vrbẽ hãc gẽtibus, vos huic vrbi genuisse videatur. In fuga, fœda mors, in victoria gloriosa. Etenim mars ipse ex acie fortissimũ quẽque pignerari solet. Illi igitur impij quos cecidistis: etiã ad inferos pœnas parricidij luent. Vos vero qui extremũ spiritũ in victoria effudistis, piorũ estis sedẽ & locũ cõsecuti: breuis autẽ vobis vita data est: at memoria bene redditæ vitæ sempiterna: quę si nõ esset longior q̃ hæc vita: quis esset tã amens qui maximis laboribus & periculis ad summã laudẽ gloriamq; cõtenderet? Actũ igitur pręclare vobiscũ fortissimi dũ vixistis. Nũc vero sanctissimi milites, quia vestra virtus nec obliuione eorũ qui sunt: nec reticẽtia posteriorũ insepulta esse poterit. cũ vobis immortale monumentũ suis pene manibus S. p. Q R. extruxerit: multi sæpe exercitus punicis Gallicis, Italicis bellis clari & magni fuerunt: nec tamẽ vllis tale genus honoris tributũ est: atque vtinã maiora possem⁹: qñquidẽ a vobis maxima accepim⁹. Vos ab Vrbe fu-

rentē Antoniū auertistis. Vos redire moliē-
tē repulistis. Erit igitur extructa moles ope
magnifico, incisęq; literę diuinę virtutis te-
stes sēpiternæ: nūq̄ ꝙ de vobis eoꝝ aut q vi-
debūt vestrū monumētū aut audient, gratis-
simus sermo cōticescet. Ita pro mortali con
ditōe vitæ imortalitatē estis cōsecuti. Sed
qm̄. p. C. gloriæ mun⁹ optimis & fortissimis
ciuibus monumēti honore persoluitur. Con
solemur eorū proximos: quib⁹ optia est hæc
quidē cōsolatio. parētibus ꝙ tāta. R. p. prę
sidia genuerūt: Liberis ꝙ habebūt domestica
exēpla virtutis. cōiugib⁹ ꝙ his viris carebūt
quos laudare q̄ lugere p̄stabit. Fratribus ꝙ
in se: vt corporū: sic virtutū similitudinē eē
cōfidēt. Atq; vtinā his omnib⁹ abstergere fle
tū sniis nostris consultisq; possemus: vel ali-
quatalis his adhiberi publice posset oratio
qua deponerēt mœrorem atq; luctū: gaude-
rētq; potius cū multa & varia impēderēt ho
minibus genera mortis: id genus ꝙ est pul-
cherrimū obtigisse: eosq; nec inhumatos esse:
nec desertos. Quod tamē ipsū pro patria nō
miserandū putatur: nec dispersis bustis hu-
mili sepultura crematos: sed cōtectos publi-
cis operibus atq; muneribus: eaq; exstructi-
one: q̄ sit ad memoriā æternitatis ara virtu-
tis. Quāobrē id quidē maximū solatiū erit
propinquorū eodē monumento declarari &
virtutē suorū & ętatē & senatus fidē & cru-

delissimi memoriā belli: in quo nisi tāta militū virtus extitisset: parricidio. M. Antonii nomē. p. R. occidisset. Atq; etiam cēseo. p. C. quæ præmia militibus promisimus nos. R. p. recuperata tributuros ea viuis victoribus q; cumulate: cū tempus venerit persoluēda. Qui autē ex his quibus illa promissa sunt: pro patria occiderūt: eorū parētibus liberis cōiugibus fratribus tribuēda cēseo. Sed vt aliquādo sētētia cōplectar: ita cēseo. Cū. C. Pāsa Cōss. Imp. initiū cū hostibus cōfligēdi fecerit: quo prælio legio Martia admirabili incredibiliq; virtute libertatē. P. R. desēderit. Quod idē legiones tyronū fecerit. Ipseq; C. Pāsa Cōss. Imp. cū inter media hostiū tela versaretur: vulnera acceperit: Cumq; Au. Hircius Cōss. Imp. prælio audito & cognito fortissimo prestātissimoq; animo exercitum castris eduxerit impetūq; in. M. Antoniū exercitūq; eius fecerit: eiusq; copias occisione occiderit: suo exercitu ita icolumi vt ne vnū qdē militē desiderauerit. Cūq; C. Cesar Imp. cōsilio diligētiaq; sua castra feliciter desēderit: copiasq; hostiū que ad castra accesserāt profligaret: occiderit ob eas res Senatū existimare: & iudicare eorū triū Imperatorū virtute: imperio: cōsilio: grauitate: cōstātia: magnitudine animi: felicitate. P. R. fœdissima crudelissimaq; seruitute liberatū. Cūq; Rē. P. Vrbē: tēpla deorū immortaliū: bona

fortunasq; oim liberosq; cõseruarint dimica tione & periculo vitæ suæ: vt obeas res bene fortiter feliciterq; gestas. C. Pãsa. Au. Hircius Cõs. imp. alter ambo ue ãt si aberũt. M. Cornut⁹. pr. Vr. supplicationes p dies. L. ad oia puluiaria: cõstituat. Cũq; virt⁹ legionũ digna clarissimis ĩperatorib⁹ extiterit: Senatũ quæ sit antea pollicit⁹ legionib⁹ exercitibusq; nostris ea sũmo studio. Re. P. recuperata resoluturũ. Cũq; legio Martia princeps cũ hostibus cõflixerit: atq; ita cũ maiore numero hostiũ cõtẽderit. Cũ plurimos cederẽt: cœperit nõnullos: cũq; sine vlla necessitate pro patria vitã profuderit. Cũq; simili virtute reliquarũ legionũ milites pro salute & libertate P. R. mortẽ oppetiuerit: Senatui placere vt C. Pãsa. A. Hirci⁹ cõs. Imp. alter ãboue si iis videaẽ: iis q̃ sanguinẽ pro vita libertate fortunisq; po. ro. pro vrbe tẽplisq; deorũ ĩmortaliũ profudissẽt: monumẽtũ q̃ ãplissimũ locãdũ faciẽdũq;. Vrbẽ ad eã rẽ pecuniã dare / cõtribuere / soluere iubeãt: vt extet ad memoriã posteritatis sempiternã: ad scelus crudelissimorũ hostiũ / militũq; diuinã virtutẽ. Vtq; q̃ præmia senat⁹ militibus ãte cõstituit: ea soluãtur: eorũ q̃ hoc bello pro patria occiderũt: parẽtibus liberis cõiugibus fratribus. Eaq; fratrib⁹ tribuãtur: quę militibus ipsis tribui oporteret / si illi vicissent; qui morte vicerunt.

IMPRESSVM Lõ-
dini opera & ſumptu
Richardi Pynſonis
Anno a natiuita
te. M. D. XXI.
XV. Menſis
Aprilis.

